



Dissertatio psychologico-physiologica inauguralis de motibus quos dicunt reflexos

<https://hdl.handle.net/1874/312645>

DISSERTATIO
PSYCHOLOGICO- PHYSIOLOGICA INAUGURALIS
DE MOTIBUS
QUOS DICUNT REFLEXOS.

0043781220

THEATRUM SANCTI IACOVI DE LAUS VITERBIENSIS

ANNO MDCCLXVII

EX LIBRIS BIBLIOTHECAE S. JACOBI

**DISSERTATIO
PSYCHOLOGICO- PHYSIOLOGICA INAUGURALIS
DE MOTIBUS
QUOS DICUNT REFLEXOS,**

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JACOBI VAN HALL,

ORD. LEON. NEDERL. EQUITIS, ORD. CORON. QUERN. DECURIONIS
JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORALIS,

SUMMISQUE IN

MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

LAMBERTUS FREDERICUS ANTONIUS MULLER,

ex Kulnre.

DIE VENERIS, QUI ERIT XXX M. NOV. A. CCCCCLV. HORA V.

AMSTELODAMI,

apud C. L. VAN LANGENHUYSEN.

MDCCCLV.

Приложение
к книге о химии
автора проф. А.
Богданова
издано в 1895 г.
в Санкт-Петербурге
издательством Академии
научных работ по
химии и физике
и химическим
исследованиям
в Императорской
Академии Наук
в Санкт-Петербурге
под редакцией
Академика
А.И. Бородина

»Nur andenken wollen wir hier, dass eine vollständige mechanische Ansicht unter jene Elemente, aus deren Zusammenwirken das Leben hervorgeht, auch die Seele mit aufnehmen muss.“

Dr. R. H. LOTZE,
(*Allgem. Pathol. u. Therap.* p. 220).

”Ορχ δὲ καὶ τῆδε, οἳς, ἐπειδὴν ἐν τῷ αὐτῷ ὥστι: ψυχὴ καὶ σῶμα, τῷ μὲν δουλεύειν καὶ ἔρχεσθαι ἡ φύσις προστάττει, τῇ δὲ ἔρχειν καὶ δεσπόζειν καὶ κατὰ ταῦτα αὖ πότερον σοι δοκεῖ δόμοιον τῷ θείῳ εἶναι καὶ πότερον τῷ θνητῷ; ἢ οὐ δοκεῖ σοι τὸ μὲν θεῖον οἷον ἔρχειν τε καὶ ὑγεμονεύειν πεφυκέναι, τὸ δὲ θνητὸν ἔρχεσθαι τε καὶ δουλεύειν;

PLATO:
(*Phaed.* 80)

»Si quis enim me nimis altum sapere dicat, respondeo simpliciter, in civilibus rebus esse modestiae locum, in contemplationibus veritati.“

BACONUS:
(*De interpretatione Naturae, prooemium.*)

PARENTUM OPTIMORUM

*G*ratris nec non *S*ororum

OMNIUM CARISSIMORUM

PIAE MEMORIAE

SACRUM.

1668 PESO MONTEZUMA

MONTEZUMA IN 1668

MONTEZUMA IN 1668
MONTEZUMA IN 1668

MONTEZUMA IN 1668
MONTEZUMA IN 1668

Ἐπιόντος ἡρα θανάτου ἐπὶ τὸν ἔνθρωπον, τὸ
μὲν νητὸν, ὡς ἔσικεν, αὐτοῦ ἀποθνήσκει
τὸ δ' ἀθάνατον, σῶν καὶ ἀδιάφορον σίχεται
ἀπὸν, ὑπεκχωρῆσαν τῷ θανάτῳ.

PLATO:
(in *Phaedone* 106.)

Si quando conscripsimus librum, hunc sequimur majorum nostrorum laudabilem morem et hanc piam consuetudinem, ut, quamquam pluribus is lecturis sit scriptus, unius aut paucorum tamen ei nomen praefigamus.

Quantumvis autem diuturnitate jam consuevimus ita facere, altior tamen quidam sensus ea re videtur latere. Nimirum aut necessitudinis et grati animi, aut aestimationis singularis, aut amicitiae publicum ea re volumus significare testimonium. Si enim parentum carissimorum, aut cognatorum cuiusdam nomine utimur, id testari volumus, qua doctrina arteve instructi sumus, eorum nos cura et opera et sumptibus esse instructos; si vero viri ingenio et scribendi usu praestantis, quasi diffidentes modeste viribus nostris, saltem

ejus auctoritate commendatum iri opus speramus; si amici demum nomen adhibemus, cupimus communia ut sint amicis omnia, simulque profitemur, quam misere viramus, et quam exiguum sit, quod agimus, si vivimus et agimus soli; quam vero jucunde et strenue, si gratissimo et vero illo amicitiae vinculo cui adstricti sumus.

Verum enim vero dum alii juvenes, scholas deserentes, parentibus suis hoc opere inaugurali suo officium praestant, fortunati nimium utique illi, me et patre et matre et fratre et sororibus jam dudum orbarerat mors, et quum, quem patrem deinde Franciscum Antonium Johannem Elling, venerabilem senem, amabam, isto anno vidisse morientem solus ego superstes: quem jam laetiore hocce die post tot tristissimos, labore ac dolore plenos, in gaudii mei partem vocabo, aut cuinam ad commendationem meam libellum huncce dicabo? Inter primos sane, qui nunc jam primas hic partes teneretis, meruistis de me vos omnes, quibus longo horum annorum cursu, maxime tamen dum his medicis studiis vacabam, usus sum magistris et praceptoribus: Tu imprimis magne Tilane et vos von Baumhauer et van Geuns et Matthes, qui non modo doctrinae vestrae praceptoris, sed et consiliis amicis paternisque omni modo juvistis me et sublevastis. Quamquam autem omnibus vobis et singulis (nam et Tui Vrolik et Tui Miquel et Tui v. Schneevoogt gratissimus recordor) maximas habeo gratias, neque unquam satis potero referre, magna enim fuit benevolentia, paratissimaque semper voluntas; tamen hanc mihi dabitis veniam et hanc indulgentiae vestrae libertatem, praesertim quum et vos plerique habeatis liberos, a quibus

honorari semper et amari cupitis, ut ne hodie ego sim filius ingratus, neve degener frater, et ne, quibus omnia debo, saltem primitias has deferre videar recusare.

Etsi enim communi mortalium sorte ex hocce perigrinationis suae loco abierunt jam illi omnes, attamen vivunt, revideboque illos, et ipsi me respiciunt expectantes, et repetentes continuo, quae hortabantur morientes, ne indignus eorum nomine, ac vita et exemplis unquam vivere pergam. Ecquid enim hanc immortalitatis ac melioris vitae spem fiduciamque extingue aut minuere in nobis posset? An rerum adversarum casus? sed fortiores contra enitimus et »si totus collabitur orbis, impavidos ferient ruinae». An corporis infirmitates et aegritudines? Sed in his ipsis ad beatiorem et diuturniorem vitam suspirando prospicimus, veluti dum »grues appetente hieme calidiora loca petentes maria transmittere» parant, et sicut nascentes papiliones, exuvias hasce relinquendas gestimus, si probi sumus, sin mali horremus. Omnes enim beatitudinis et fruitionis aeternae inexplebili invincibilique tenemur desiderio. »Atque haec ita sentimus, ait Tullius¹⁾, natura duce, nullà ratione, nullaque doctrina. »Maximum vero argumentum est, naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam judicare, quod omnibus curae sunt et maxime quidem, quae post mortem futura sunt.... Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid testamentorum diligentia, quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare?.... Quid in hac republica tot tantosque viros

1) Tuscul. Quaest. I. 13, 14 & 15.

»ob rempublicam interfectos cogitasse arbitramur? iis-
 »demne ut finibus nomen suum, quibus vita, termi-
 »naretur? Nemo unquam sine magna spe immortalita-
 »tis se pro patria offerret ad mortem.... Sed nescio
 »quomodo inhaeret in mentibus quasi saeculorum quod-
 »dam augurium futurorum; idque in maximis ingenii
 »altissimisque animis et existit maxime, et appareat
 »facillime, quo quidem demto, quis tam esset amens,
 »qui semper in laboribus et periculis viveret?" Sed ta-
 »men rien ici-bas n'est éternel, hors l'instabilité de
 »l'homme et de tout ce qui l'entoure. Le vrai bonheur¹⁾
 »est une satisfaction complète et simultanée de toutes
 »nos facultés; et nous ne pouvons satisfaire une partie
 »de notre être, qu'au détriment de l'autre. Les jouis-
 »sances intellectuelles ne s'achètent que par le sacrifice
 »des jouissances sensibles; les plaisirs du corps obtent
 »à l'esprit même la faculté de jouir. Il y a plus: la
 »jouissance elle-même, par sa disproportion avec nos
 »désirs et nos espérances, se change en douleur et,
 »selon la pensée bien profonde de nos saints livres, la
 »souffrance est au fond de toutes nos joies". »Extrema
 »gaudii luctus occupat" (*Prov. 14. 15.*)²⁾.

*Scilicet is qui creavit nos, Deus, ut ex hac rerum
 universitate mutabili finitaque cognoscamus Ipsum im-
 matabilem et infinitum, ut possimus cognoscere, indi-
 dit rationali menti nostrae anteceptam quandam veri,
 boni, pulchritique aeterni speciem, qua videntes et diju-
 dicantes haec, quae vera et bona et pulchrā sunt ca-
 duca, excitaremur amore et desiderio ejus, quod est*

1) Beatitudo dicitur nempe a Boëtio: "Status omnium honorum aggre-
gatione perfectissimus" (*De consol. phil.*)

2) A. M. "De la perfectibilité humaine" I. p. 53.

*immutabile et aeternum. Si autem indidit — eequis
impius pessimus hanc rationis suae dignitatem audebit
abjicere — non potest etiam hanc spem fallere mendax.*
Quae meditatus ipse Rousseau scripsit¹⁾: »Dieu, dit-
 »on, ne doit rien à ses créatures: je crois qu'il leur
 »doit tout ce qu'il leur promit en leur donnant l'être;
 »or, c'est leur promettre un bien, que de leur en
 »donner l'idée et de leur en faire sentir le besoin.
 »Plus je rentre en moi, plus je me consulte, et plus
 »je lis ces mots dans mon âme: soit juste, et tu seras
 »heureux. Il n'en est pourtant rien, à considérer l'état
 »présent des choses: le méchant prospère et le juste
 »reste opprimé. Voyez aussi quelle indignation s'allume
 »en nous quand cette attente est frustrée! La con-
 »science s'élève et murmure contre son auteur, elle lui
 »crie en gémissant: Tu m'as trompé!

»Je t'ai trompée, téméraire! et qui te l'a dit? Ton
 »âme est-elle anéantie? As-tu cessé d'exister?... On
 »dirait aux murmurs des impatiens mortels, que Dieu
 »leur doit la récompense avant le mérite et qu'il est
 »obligé de payer leur vertu d'avance. Oh! soyons bons
 »premièrement, et puis nous serons heureux. N'exi-
 »geons pas le prix avant la victoire, ni le salaire avant
 »le travail. Ce n'est point dans la lice, disait Plutar-
 »que, que les vainquers de nos jeux sacrés sont couron-
 »nés, c'est après qu'ils l'ont parcourue.

»Si l'ame est immatérielle, elle peut survivre au
 »corps, et si elle y survit, la providence de Dieu est
 »justifiée. Quand je n'aurais pas d'autre preuve de
 »l'immortalité de l'ame que le triomphe du méchant et

1) Emile, tome II.

»l'oppression du juste en ce monde, cela seul m'empêcherait d'en douter. Une contradiction si manifeste, une si choquante dissonance dans l'harmonie universelle, me ferait chercher à la résoudre. Je me dirais: Tout ne finit pas pour nous avec la vie; tout rentre dans l'ordre à la mort."

Sed plurimi contra nituntur, animaeque simul cum corpore esse moriendum opinantur; neque aliud est quidquam, cur incredibilis his animorum videatur aeternitas nisi quod nequeunt, quam ipsi in se sentiunt animam, etiam oculis, aut saltem microscopio videre, qualis sit. Sed quid ergo et cuiusnam naturae est illud, quod adeo nos impellit, quod cogitat et vult et desiderat, quodque est irrequietum in nobis, donec requiescat in summo bono et vero? An ignis est, an aqua, an aether aliquis? an carneum, an sanguineum, an osseum, an nerveum? Respondit jam Cicero: ¹⁾ Animorum nulla in terris origo inveniri potest: nihil enim est in animis mixtum atque concretum, aut quod ex terra natum atque factum esse videatur, nihil ne aut humidum quidem aut flabile, aut igneum; his enim in naturis nihil inest, quod vim memoriae; mentis, cogitationis habeat, quod et praeterita teneat et futura provideat et complecti possit praesentia. Nam materialia ista sunt omnia, et inertia, moverique non possunt, nisi vi aliena agitantur. Anima vero, quam dicimus, dum movetur et moveri se sentit, una etiam sentit, se vi sua, non aliena moveri, neque moveri posse aliter, quam ipsa voluerit. »Nam haec est propria natura animi ac vis, ait idem Tullius, ²⁾ quae si est una ex omnibus,

1) Loc. cit.

2) Ibid.

»quae se ipsa semper moveat;” Atqui hoc quidem argumentum tam evidens et tanti ponderis est visum eidem illi Tullio, ut qui hoc argumento non moventur, eos non revereatur contumeliose dicere ibidem »philosophos plebejos”. »Licet concurrant plebeji omnes philosophi, (sic enim ii, qui a Platone et Socrate, et ab ea familia dissident, appellandi videntur) non modo nihil unquam tam eliganter explicabunt, sed ne hoc quidem ipsum, quam subtiliter conclusum sit, intelligent.” Si autem ipsa sese movet anima nostra, spontanea, non iners est, neque ergo materialis, neque cum materia dissolvetur. »EST ENIM INTERITUS QUASI DISCESSUS ET SECRETIO AC DIRENTUS EARUM PARTIUM, QUAE ANTE INTERITUM JUNCTIONE ALIQUA TENEBANTUR.”

Sed demus jam paullisper, animam esse, quod isti maxime volunt, nerveum quid. Noverit ergo ista anima ipsa sese, qualis, quanta, ad quas partes extensa et quomodo mota sit. At horum omnium nihil anima de senorit. Quin ad usque tempora Galeni¹⁾ nihil de nervis ipsis sciebant doctissimi, et quamvis post Aristotelem Herophilus et Eudemus²⁾ cognoverant nervos inservire sensationibus et motibus ciendis, nihilominus tamen (ab Asclepiade et Rufo aliisque) saepe nervus (*γεῦφος*) pro ligamento (*σύνδεσμος*) et tendine (*τένων*) accipiebatur. Sed ipso hoc saeculo XI, quam exigua et quam dubia sunt multa, quae potuimus cognoscere? Ast retorquendo insurget aliquis quaerens, num ergo anima spiritualis de sese poterit edicere, qualis, quanta, ubi et quomodo mota sit? Respondebimus: animam quidem nescire de

1) Gal. de loc. affect L. III, c. 14.

2) De us. part. L. VIII. 8—16, et in lib. de nerv. dissect.; vid. de Hippocr. et Plat. descr. L. I.

se formam magnitudinemque quamcunque, neque scire posse unquam, spiritualis enim quum sit, extensi non potest ei inesse quidquam, mentireturque ipsa, si mensurâ qualibet, vel minimâ vel maximâ, sese diceret minorrem majoremve. Attamen anima novit suam spontaneitatem, intelligentiam, voluntatem. Atque haec, quae de se novit anima, nota fuere tota antiquitate ab indoctis non minus, quam doctis, quamquam non defuerunt etiam, qui agnoscentes haec maluerint tamen corpori suo quam animae adscribere; scilicet quum maluissent etiam, totos sese esse perituros, quam aeternum vici- turos.

Quod si jam, quia simplex est anima nostra, non potest cum corpore dissolvi, eritne igitur omnino delenda fortassis? Respondeant nobis physici et chemici: » Wie? — »sollten jener oberen, unsichtbaren Welt, nach welcher »ein mächtiger Zug die Seele führt, nicht wenigstens »dieselben Rechte, derselbe feste Bestand zukommen, »wie die sind, welche nach der gewöhnlichen Annahme »in der sichtbaren Welt der wägbaren Stoffe herrschen? »Bei dieser niedrern Region, welche doch die Menschen- »sprache die vergängliche, die wandelbare nennt, ist es »anerkannt, dass in und aus ihr sich kein Stoff, kein »einzelnes Stäublein ganz verlieren, ganz vernichtet »werden könne. Das Wasser, wenn es auch als Dampf »in die Luft sich erhoben, wenn es durch den Nord- »wind zum Eis verwandelt worden, oder wenn es beim »Festwerden des Steines als Bestandtheil in das Gefüge »des Krystals sich gewebt, bleibt noch immer dasselbe »Wasser: eben so viel und so wenig in der einen als »in der andern Gestalt. Das Eisen, wenn es mit Schwei- »fel verbunden den Kies, oder von jenem getrennt und

»mit dem Oxygen vereint den Rotheisenstein gebildet,
»bleibt immer soviel und dasselbe Eisen, das es gewe-
»sen.

»Ist denn schon in der unteren, materiellen Welt
»den einfachen Grundstoffen eine solche Unzerstörbar-
»keit und Unveränderlichkeit ihrer Natur zuerkannt,
»wie sollte nicht die Seele, welche ursprünglicher und
»selbstständiger, einfacher und unveränderlicher ist,
»als jedes Element der Leiblichkeit, jedem Untergang,
»jeder Auflösung trotzen? Ist schon den beiden wägbaren
»Elementen irgend eines Salzes: der Säure und dem
»Alkali, eine solche Versetzung von der einen, ganz
»abgeschiednen Stätte an die andre oder wenigstens ein
»solches Unmerkbarwerden (Verschwinden) für die zwi-
»schenliegenden Medien möglich, dass wenn hier der
»säurende, dort der alkalisirende Pol einer Voltaischen
»Säule in die Mischung tritt, an der einen Seite das
»Alkali vergehet, an der andren die Säure, beide
»aber, ohne dass nur das Gewicht eines Stäubleins an
»der Mischung fehlte, und ohne für die dazwischen
»gestellte Lackmus-Auflösung gleichsam sichtbar zu wer-
»den, sich die eine hier, das andre dort zusammen-
»gehäuft finden; ist hierauf bei der oben erwähnten
»Umtauschung der Pole ein solches, kaum auf gewöhn-
»lich materiellem Wege erklärliches Wandeln der ge-
»samten Säure, wie des gesammten Alkali's nach der
»andren Stätte möglich; wie sollte es uns in der hö-
»heren Region der Lebensprincipien unmöglich däuch-
»ten, dass die Seele, wenn sie hier aufgehört zu wir-
»ken, auf einmal auf ganz andrer Stufe wieder dasein
»und wirksam werden könne?"¹⁾) — Sed ne deleri qui-

1) Dr. G. H. v. Schubert, Die Geschichte der Seele, II, § 25.

dem potest anima. Nam quum non possit cum corpore dissolvi, deleri non potest, nisi a Deo; atqui Deus delere eam nequit, non quidem quia non potest facere, est enim potentissimus, sed quia, quum sit sanctissimus et sibi constantissimus, nequit secum ipse pugnare. Etenim primo creans Deus animam rationalem, indidit ei facultatem cognoscendi verum et bonum, et cum ex cognitione boni oriatur desiderium boni, jure etiam Deus censendus est auctor desiderii illius beatitatis perfectae, quo agitamur; si ergo Deus deleret animam tum, quum vel maxime confidimus id desiderium fore adimplendum, mendax esset et crudelis, excitans desiderium, quod tamen nunquam vellet explere. Deinde vero Deus creans animam rationalem, non potuit non velle, ut a cognoscente agnosceretur et coleretur; atqui quum tamen, quia ob rationis facultatem non potuit creare animam non liberam¹⁾, neque potest ullo modo frustari sine suo, (esset enim vel ob insipientiam, vel ob impotentiam), multi sint, qui nolint verum et bonum. Ipsum amare et colere; saltem in his frustaretur sine suo, nisi posset cogere, ut necessario agnoscent poenas dantes in altera vita, postquam noluerunt libere agnoscere in hac vita felices. Ergo quum nequeat esse in bonos minus bonus et justus, quam in malos, necesse est dicere, a Deo neque horum neque illorum animas esse delendas; quum vero libertas, qua sola mereri apud Deum potest anima, exerceri tantum possit, quamdiu cum corpore conjuncta est²⁾, non poterit etiam mereri quidquam in altera vita; quinque contemptus

1) Singula haec infra fusius explicabuntur.

2) Vid. infra cap. III. Quaest. IV.

summi boni vel amor summa etiam dignus sit domino
vel praemio, necesse etiam est, malos aeternum dare
poenas, vel aeternum beari bonos.

Sed ultra jam quaerendum est, num igitur, postquam corpus hoc mortuum fuerit, vivere possit anima sola. Non sane est, quod dubitemus affirmare. Etenim animae vita quum consistat sponte-
neitate, quae sese prodit ratione, seu facultate cognoscendi verum, τὸ verum (absolutum) autem sit immu-
tabile, et aeternum et infinitum, sitque τὸ verum ab-
solutum simul etiam τὸ bonum absolutum; habebit sem-
per, quod cognoscat et amet;¹⁾ quin immo tum quidem
multo perfectius poterit vivere et cognoscere, quum cor-
poris hujus caligine et quasi velamine exuta immediate
poterit videre, et tum multo ardenter etiam poterit
amare, quum nullis falsis lenociniis decepta poterit
abduci. Quam ob causam rectissime quidem ille ipse
Cicero²⁾ sensit: »Atque ea profecto tum multo puriora
»et dilucidiora cernentur, cum, quo natura fert, liber
»animus pervenerit. Nam nunc quidem, quamquam fo-
»ramina illa, quae patent ad animum a corpore, cal-
»lidissimo artificio natura fabricata est, tamen terrenis
»concretisque corporibus sunt intersepta quodammodo.
»Cum autem nihil erit praeter animum, nulla res ob-
»jecta impediet, quominus percipiat, quale quidque sit.”

Verum enim vero si non potest, quemadmodum re-
liquae res dissolvi anima; si nequit etiam deleri, et
si corpori superstes poterit vivere: quo igitur tandem
soluta corporeis his vinculis abitura est? An, sicuti

1) Nam etiam mali amore et desiderio illius boni, quo si voluis-
sent, potuissent beari, quam maxime lugebunt.

2) Tusc, Quaest. I. 20.

opinantur pantheistae (realistae) εἰς τὸ ἐν καὶ τὸ πᾶν.
 aut, sicuti pantheistae (idealiste) volunt, tanquam co-
 gitatio singularis in universalem et absolutam absor-
 bebitur? Sed non animadvertere illi videntur primi a
 summo et perfectissimo (absoluto), quomadmodum non
 potest desumi quidquam, quin reddatur imperfectius,
 sic etiam non posse addi quidquam eidem, nisi red-
 datur perfectius, ita ut ipsi secum pugnare convincan-
 tur, assumentes perfectum, absolutum, quod tamen
 perfectum, absolutum non esset; hi vero secundi non
 attendere videntur, animam nostram non esse cogitati-
 onem, sed ipsam cogitantem. Itaque, etsi nequeat dici
 (philosophice) omnino in quem locum abitura sit ani-
 ma, scilicet quum de anima, quae simplicissima est,
 nequeat dici locus qualiscunque; necesse tamen est di-
 cere, fore, ut anima, corporis istius exuta caligine et
 velamine, perspiciat verum ac bonum ac pulchrum,
 quod est, aeternum illud et immutabile et perfectum,
 quo, si agnoverit et voluerit amare, beabitur, si vero
 neglexerit et noluerit, frustrabitur lugens aeternum.
 » Tamque id aequum est, ait idem Cicero¹⁾, quam illud
 » decorum maximeque probandum, non easdem improbis
 » sedes, quas bonis atque integris, post mortem esse
 » propositas. Intellexerunt enim ex majoribus nostris
 » complures, qui sapientia praestiterunt, cum in diis
 » aequitas praeceipue vigeat, eaque in eorum gubernatione
 » appareat maxime, fieri non posse, quin nequitiam sce-
 » leraque aversentur, quique ea in vita exercuerunt,
 » eos a se ipsis longissime sejungant. Quod in vulgo
 » edi, verumque existimare, non modo rationi conve-

1) In opere, cui titulus «Consolatio.»

»niens, sed utile quoque in primis est futurum. Nam
 »si quid in hominum animis pietatis, si quid religionis
 »inerit, certe ob hanc potissimum causam se a flagitiis
 »ac facinoribus abstinebunt, quod impios ac nefarios
 »homines a deorum concilio ac societate arceri judica-
 »bunt." Haec enim lex est justissima, vel in ipsis re-
 bus humanis, ut qui bene faciunt praemio, qui vero
 male, domno afficiantur et poena.

Quum igitur et vos, dilectissimi mei tristissimo illo
 mihi secessu abieritis in pleniorum hanc et perfectiorem
 summi veri cognitionem; et quum per virtutis vestrae
 constantiam, ad quam etiam morientes hortari me non
 destitistis, dubitare non liceat, quin etiam amore illius
 summi boni, quod semper expetiistis pie colentes, ae-
 ternum fruituri sitis beati: hoc jam vobis pietatis et
 grati animi mei pignus aveo offerendum, quo solemniori
 aliquo modo amoris vestri, et praeceptorum exemplorum
 que recordari possem. Jam vero quia amor ille vester
 pietasque, qua semper solliciti me fovistis, non potuit
 etiam morte extingui aut minui, postquam pleniore et
 liberiore illa vita securissima veritatis cognitione sum-
 mam, ut confido, felicitatem adepti estis, et quia, (si
 qua tamen etiamnum esse possit) non alia vos tenere
 queat sollicitudo, nisi qua etiam me aliquando vobiscum
 beatum fore cupitis: nihil scivi facere vobis gratius,
 mihique utilius, nihilque curis vestris, ut optimis qui-
 busque doctrinarum praeceptis puer et juvenis instituerer,
 dignius, nisi, quum hic doctoratus mei dies venit, palam
 profiteri, non posse nos scire quidquam, si contemnimus
 a principe veritatis ducere investigationis principium;
 constare vero nos homines summi artificis mirabili
 artificio corpore quidem caduco et mortali, anima au-

tem immortali, quae quum ratione praedita ex rebus
creatis possit cognoscere summum verum, nequeat
etiam, nisi in summo bono conquiescere. *Accipite igitur*
et respicite; sed si quid etiam auxilii in vobis est,
adestote semper, ne a veritatis et virtutis sincero studio
desciscam, nec patiamini, ut vita vestra ac moribus sim
indignus filius unquam aut degener frater.

LAMBERTUS.

PRAEFATIO.

Argumentum hujus dissertationis quum ipsa natura sua videretur ferre, ut diceretur non tantum de corpore, sed etiam de anima; quumque non propter corpus anima, sed propter animam corpus videatur esse: non est, quod longa praefatione coner defendere rationes, quibus adductus non modo consenteum, verum etiam necessarium judicavi, principi huic nostri parti partem aliquam concedere et singula physiologica, ut intelligerentur, ad eam ipsam referre. Nam si domum quam inspicimus et varia cubicula lustrantes supellectilem, qua instructa atque exornata est, revisimus, melius singula dijudicabimus, si novimus cuius causa aedificata sit, quidque negotii aut muneris is, qui inhabitat, agere aut adimplere debeat.

Deinde vero studiosius etiam haec tractanda suscepi propria, quod cum scientiarum naturalium instaurazione et incremento revigere coepit materialistarum perversitas, quam nemo probus et sapientior quisque non possit non detestari. Neque vero in ipsarum scientiarum naturalium contemptum id dixisse velim; praestantissimae enim sunt et utilissimae, ac sane dignissimae, quibus diligentissime, quam possumus, animum excolamus, sed, quia in his *empirice* omnia demonstrantur, multi »*plebeji philosophi*«, qui omnia miscent et omnia turbant, persuaderi sibi volunt, nihil etiam in reliquis

scientiis esse certi, nisi quod sensibus his materialibus aliquo modo possit sentiri, non attendentes utique, in ipsis illis experientiis nihil nobis firmum, nihil certum posse videri, *antequam rationis lumine intelleixerimus: non posse omnino aliter videri*, quam videmus. Ergo etiam in his, etsi sensibus experimur, tamen non sensibus, sed rationi confidimus certi. Atqui si ratio sola est judex, sensibusque tantum confidimus in iis, quatenus ea, quae renuntiantur, non pugnare cum ratione videntur; confidamus etiam necesse est rationi in iis, quae sola ratione cernuntur, neque de iis, quae nuntiari sensibus nequeunt, donec renuncient, exspectabimus. Quare magnus ille et ingenuus R. Wagner¹⁾ nuperrime monuit: »Voor die physiologen echter, voor wie het cene behoeft is, om zich ook met deze verhevenste vraagstukken bezig te houden, moeten wij vooruit aannemen, dat zij deze vragen niet naar den meetkundigen maatstaf beoordeelen.” His igitur materialistis cum optimis quibusque opponere me volui et quum multi incauti juvenes, ne a turba forte dissentire videantur, nimis saepe facile abripi se sinant istis fallaciis, si eis aliter non potuissem prodesse, indicare saltem volui ea, quibus a tanta peste possent ipsi se servare.

Sin vero acrius forte videar instituisse, consideranda est ipsa rei gravitas, quae agitur. Sed vehementius jam ante me indignatus idem laudatus R. Wagner²⁾ scripserat: »De ware scheidsmuur tusschen hen, (eerwaardige, door hunnen wetenschappelijken stand... hooggeachte mannen) en eene andere klasse zal altijd de leugen en de beuzelgeist ziju, waarvan de laatste zich bedient. Daar men, helaas, eene aanraking

1) „Weten en gelooven, inzonderheid ten opzichte van de toekomst der zielen.” (Vers. vern. p. 22.)

2) Ibid. in praefat.

»met deze niet geheel en al vermijden kan, en de troep
 »derzulken, voor wie eene menigte bladen tot strijdplaats die-
 »nen, niet gering is, al mogen zij zich ook dikwijls uit vrees
 »naar het uiterlijke kalm vertoonen, is men toch somwijlen
 »genoodzaakt, om de zweep te grijpen, ten einde zich ruimte
 »te maken. Men behoeft niet altijd met de handen in den
 »schoot te zitten, wanneer dit benzelgespuis de natie van de
 »dierbaarste, van de vaderen geërfde goederen berooven wil en
 »schaamteloos het volk met zijnen onreinen adem bezoedelt,
 »en het dan nog daarbij wil wijsmaken, dat dit een welrie-
 »kende geur is.”

Sed tamen si non juveni ita dicere concedendum esse pu-
 tant; serio omnino me rem egisse sciant, nec jocando aut
 ridendo voluisse evitare difficultates ulla; de ceteris autem
 defendat me *Baconus*: »si quis enim, ait, me nimis altum
 »sapere dicat, respondeo simpliciter, in civilibus rebus esse
 »modestiae locum, in contemplationibus veritati,” in quam
 omnibus nobis eadem aequa jura competit, et quae omni-
 bus cordi esse debet. At: »Es gibt eine Wahrheit die
 »niemals alt wird; sie allein ist der Mühe unsers Forschens
 »werth, und ihr Erkennen ist des Menschenlebens höchstes
 »Ziel.”¹⁾

His igitur praefatus spero fore, ut sit mihi lector benevo-
 lus et aequissimus judex. Ipse autem nihil jam habeo, quod
 praestem officiosius, quam ut gratias agam quum professori-
 bus optimis omnibus meis, qui per hos annos docuerunt me,
 tum imprimis promotori meo praeclarissimo *F. C. Donders*,
 qui non recusavit, ipso hoc tempore, quod feriendo conce-
 ditur, revisere ea, quae scripseram, accuratissime, quique

1) Schubert. Op. cit. I. pag. VIII.

benevolis suis monitis effecit, ut, si quid meriti in his sit, potuirit etiam augeri. Sed quum non minima sit praeceptoris laus maximumque solatium, habere diligentes et bonos discipulos, contendere, uti feci, pergam, ut Athenaco Illustri huic, in quo didici, neque Academiae Ultrajectensi, cuius alumnorum albo his annis adscriptus fui, ne sim saltem dedecori unquam.

L. F. A. MULLER.

INTRODUCTIO.

Mos est et consuetudo, et Academicae leges ita imperant, ut qui demenso studiorum suorum cursu, ad amplissimi doctoratus palmam adspirant, antequam isto honore ornentur, publicum doctrinae suae specimen exhibeant. Cui mori, quibusque Academicis legibus et ego jamjam obtemperaturus, circumspicere coepi et mecum ipse meditari, quid potissimum argumenti eligerem, quod aptum esset, quo et doctrinae specimen justum possem reddere, lectorumque attentionem non otiose defatigare. Sunt enim, (sine doctrinae aut peritiæ contumelia id sit dictum), qui festivam hanc nancisciendi doctoratus diem, et quae in ea geruntur, nescio quem festivitatis lusum et quasi comoediam reputantes, satis se praestare videantur, dum libellum quempiam, nunquam legendum typis impressum habeant perhibendum. Non sane patrum nostrorum haec mens fuit, qui ista instituere prudentissimi ac severi in rebus tanti momenti, quanti est aestimanda salus publica et privatorum. Quotquot enim humanioribus his artibus instruimur, amplioribusque his studiis et doctrinae praeceptis imbuimur, sive immutabilis et immaculatae Dei legis et morum custodes, sive jurium

hominum justitiaeque defensores, sive litterarum cultores, sive ipsius vitae tutores; vocati sumus omnes, qui sanctissima quaeque et carissima a civitate universo populo commendata nobis habituri simus. Nil ergo parvum, nihil leve duxi esse habendum ex iis, quae, antequam ad istos munerum honores committamur, ut praestentur a nobis aequissima lege ii, qui praeſunt, providere, et, quantum in me erat, volui contendere, ut toti isti legi parerem. Neque etiam ostentationis, quae forte videretur, extimui speciem, quum non ostentationis causa, quae esset levissima, sed commendationis, quae est de re gravissima, jussus essem scripturus.

Patebat autem longe campus vastissimus; novistis enim omnes, viri doctissimi, quibus haec, quae scripsi, lecturis examinanda proposui, quantus sit scientiarum complexus et longissima series, quas, ut boni simus medici, nosse nos, aut quibus saltem non leviter eruditos nos esse oportet. Multa hic sane sunt, quibus rubore modesto suffundamur tirones, plura etiam, quibus ad maiores conatus et ad diligentiora studia usque stimulemur. Medici enim quum sit mederi *hominibus*, animalibus ratione utentibus, necesse est eum scire non tantum conditionem corporis et leges, quibus regitur, sed et eas, quibus anima est subjecta; quumque saepe ei, quae religiose aliis tacentur, patefacta ostendantur domestica arcana, necesse etiam est, ut sit vir gravis, qui calleat ea arte uberrima, quae est, in consolandis atque excitandis, in conciliandis et movendis animis, ita ut nihil eum fugere aut latere neque in physicis, neque in spychicis homines jure expostulare sibi videantur.

Ingens igitur copia disserendi, ut abundantia magis opprimat eligentem, quam penuria possit retardare quaerentem.

Verumtamen quum ea plerumque magis desiderentur, quae utilitatis aliquid habere cognoscuntur, eaque diligentius audiuntur, quae nova sunt, aut quae magnam saltem partem ignota latuerant adhuc; proposui mihi scribere de ea re, quae et in physiologicis et in pathologicis rebus mihi semper visa est difficillima et valde obscura. In ea enim disquerenda ac disputanda cam saltem utilitatem fore sperabam, ut, etiamsi non pertigisse, ut possem docere alios, tamen docturus de multis docerer ipse.

Nimirum adstans ad aegrotantium lectos quum saepe viderem aliquos toto corpore inquietos jactari, neutiquam id volentes et animi compotes; aliquos pacatissimos animo, ut hebetes dixeris, sedentes, subito distorquere ora capite vehementer moto et brachiis agitatis; aliquos paralyticos pedem, in quo sensus erat nullus, movendi voluntatis imperium nullum, si pungerentur acu, primum contrahere, deinde vehementer jaculari, sciscitatus, quidnam rei id esset, aut quae morbi causa; audire quidem erat *reflexorum motuum* nomen, non tamen justo stupori responsum. Habebam tamen, quod et ipse rogatus in similibus rebus responderem, scilicet esse »*motus reflexos*», et bene quidem, quum aliud nesciretur. Sed tamen non contentus isto nomine, multum de re meditatus statui eam aliquando majori otio examinandam; suspicabar enim ibi latere lapidem, si non philosophorum eum, tamen physiologornm.

Hunc igitur laborem in hocce specimine mihi proposui, ut quae de motibus, quos dicunt reflexos, po-

tuerim excogitare ac probare, in medium conferrem. Dolebam enim, relegens ea, quae auctores notissimi in libris suis hac de re examinata a se passim scripsere, quod fere omnes, rejecta aut saltem neglecta meliore hominis parte, anima rationali, omnia quae in homine fiunt, solo corpore fieri solisque materiae legibus, notis atque ignotis (!) explicari posse arbitrantur; aut si non omnino negant et contemnunt animam, ejus tamen usque adeo obliviscuntur, ut in rebus quidem theologicis dicant utilem aut necessariam, in rebus vero physiologicis ac psychicis eā videantur posse carere.

Sicut enim in rebus philosophicis, auctore *Bacono a Verulamio*, docente in suis operibus, quae »*Restauratio magna*, — *De dignitate et augmentis scientiarum libri IX et Novum organum scientiarum*“ inscribuntur, veritatem non ratiociniis ex principiis rationis deductis, sed per experientiam esse quaerendam, coepit vigere *empirismus*, sed qui cessit dein ei, quem *E. Kantius*¹⁾ invexit, *rationalismo*, ex quo formavit sibi mox *J. Th. Fichte*²⁾ *idealismum subjectivum*, et *F. G. J. Schelling*³⁾ systema absolutae identitatis, *sive idealismum objectivum*; et sicut ex systemate *Baconi* non vidimus fieri, quod ipse sibi pollicitus esse videtur, nimirum »philosophiam obiter libatam quidem a Deo abducere, profundius vero haustam ad Deum adducere“, quum mox surrexit materialistarum et sensualistarum, alter

1) In: *Kritik der reinen Vernunft*.

2) In opere: »*Über den Begriff der Wissenschaftslehre*“ et »*Grundlage der gesammten Wissenschaftslehre*.“

3) »*Entwurf der Naturphilosophie*,“ — »*Jahrbücher der Medicin als Wissenschaft*“ — »*Darlegung des wahren Verhältnisses der Naturphilosophie zu der verbesserten Fichtéschen Lehre*“ — »*Ueber das Verhältniss des Realen und Idealen in der Natur*“ etc.

Epicuri impius et foedissimus grex, *Kantii* vero et *Fichtei*, et *Schellingii* asseclae, de omnibus dubitare facile convincuntur: sic etiam in medicis disciplinis hae doctrinae, autoribus *Cabani*¹⁾, et *Broussais*²⁾, et *Gall*³⁾ aliisque paullatim praevaluere, ita ut alii de omnibus videantur dubitare, vel de iis ipsis quae agunt et praescribunt, alii vero ea tantum certa habere, quae oculis vident et manibus tangunt. Unde factum est, ut plurimos possis audire juvenes, qui quum, quod non sunt, videri tamen exoptant, doctorum se nomen mereri posse desperent, nisi dubia esse omnia dixerint, aut animam suam esse materiam inertem fuerint professi.

Tanti autem mali radicem in eo opinor esse positam, quod, ut sit humana levitate, quae omnia audet et omnia pervertit, ea quae juncta deberent teneri, separantur, quae vero discerni ac distingui perverse confunduntur. Si enim *Baconus*, quum aggredieretur "instituare" scientias, non separasset, ea quae ex ratione praestantur, ab iis quae per sensus intellectui subministrantur, contempnensque illa, haec nimium amasset⁴⁾;

1) "Rapport du physique et du moral de l'homme".

2) "De l'irritation et de la folie" — "Cours de phrénologie" etc.

3) "Anatomie et physiologie du système nerveux en général et du cerveau en particulier."

4) Si enim *Baconus* quum statueret; (Nov. Org. I. I. aph. I.) "hominem naturae ministrum et interpretem tantum facere et intelligere, quantum de naturae ordine re vel mente observaverit", haec pro rebus naturalibus et physicis tantum statuisset, monens, (De augment Scient. I. I.) "ne distinctas illas Theologiae et Philosophiae doctrinas, earumque latices imperite misceant ac confundant": nimis forte severe haec a me dicta videri possent; sed quum hanc eandem experientiam et observandi methodum contendat debere esse fundamentum et primum principium certitudinis etiam ipsius "philosophiae moralis et civilis"; utique manifestum est, eum contempta ratione sensus nimium amasse. Ita enim

non potuissent abuti ejus doctrina LOCKIUS¹⁾ et CONDILLACUS²⁾ cum suis ad horrores *Sensualismi*, neque CABANIS et BROUSSAIS ad materialismum; si Kantius contra, quum aggrederetur examinare rationem et intellectum, his solis non nimium concessisset, dum sensibus omnem negabat fidem, non FICHTEUS etiam, et qui sequuti sunt, impune ausi fuissent imaginari sibi, ea quae videmus, et audimus et tangimus, esse apparentia tantum et quasi mentis phantasmata, neque orta esset somniantium, et delirantium et dubitantium illa cohors, in quibus nihil causae est neque effectus, nihil rati, neque probati. Homo enim quum sit animal rationale, sensibus simul et ratione praeditus, quae scit solo quidem ratione scit, sed quae scit tamen non sola ratione ei suppeditantur; aut quae nescit, non, quia non nuntiantur per sensus, ignorat, sed quia a ratione non comprehenduntur. Illinc KANTIUS, hinc vero BACONUS erravit. Et re quidem vera, quid est, cur quae distincte et clare videmus et audimus et tangimus ea infitias ire nequeamus? Nonne, quia intelligimus, in eo rationis principio verti omnem certitudinis cardinem, quod »idem non potest esse simul et non esse», idem non potest audiri simul et non audiri, videri et non videri, tangi

habet: (Nov. Org. lib. I. aph. LXXX). «Interim nemo expectet magnum progressum in scientiis, (praesertim in parte earum operativa) nisi Philosophia Naturalis ad scientias particulares producta fuerit, et scientiae particulares rursus ad Naturalem Philosophiam reductae. Hinc enim fit, ut Astronomia, Optica, Musica, plurimae artes mechanicae, atque ipsa Medicina, atque (quod quis magis miretur) Philosophia Moralis et Civilis et Scientiae logicae, nihil fere habeant alitudinis in profundo; sed per superficiem (?) et varietatem rerum tantum labantur».

1) *An essay concerning understanding, in four books*.

2) *Essai sur l'origine des connaissances humaines* et *Traité des sensations*.

et non tangi ab eodem? Aut quid est iterum, cur sensuum ministerio adeo certi confidamus? Nonne, quia pugnaret cum ratione, non esse rem, et tamen videri apertam, audiri et tangi distinctam; non esse, et tamen agere aut agi?

Itaque nec sensibus negans, quae sensibus percipiuntur, nec rationi negans quae rationis justa lege intellecta comprehenduntur, ita coepi agere, ut, quae distincta sunt, distinguerem, quae juncta non separarem, utque quae intelligimus, non dubitari, quae vero experimur ratione firmari posse ostenderem.

Vides igitur, lector benevole rem, quam agam, vides etiam viam, qua persequar; ut sequaris invito. Scientiae enim quum sit, »rerum cognoscere causas», inquirere, cur et quā ratione moveantur, ea quae moveri videmus, haud inutile inauguralis speciminis argumentum esse existimavi.

CAPUT I.

MOTUS REFLEXI QUI DICANTUR.

Motus reflexi dicuntur ii, qui fiunt quidem muscularis solito voluntatis¹⁾ imperio subjectis, sed *praeter* voluntatem et *sine conscientia*, non tamen omnino et semper *contra* voluntatem. — Dixi: *non tamen omnino et semper contra voluntatem*, quia fortior ac constans voluntatis intentio etiam vehementissimos spasticos illos motus non raro, saltem aliquamdiu, coercere posse videtur.

Jam vero ut in considerandis hisce motibus ordinem aliquem ac methodum definitam sequamur, utque diversorum, quibus fieri consciuntur, modorum universum aliquem conspectum habeamus, animadventendum est, motus hos fieri in corpore tum sano, quum aegro, quin imo in corpore recens exanimato arte etiam posse excitari. Itaque considerabimus motus reflexos 1° qui fiunt in corpore vivo sano, 2° qui fiunt in corpore vivo aegro et demum 3° qui producuntur excitati arte in corpore recens exanimato.

Dividuntur etiam in motus reflexos *singulares*, si

1) Videbimus tamen infra etiam motus, qui fiunt muscularis voluntati non subjectis, omnes jure merito dici debere reflexos, neque aliud inter utrosque intercedere discriminem, nisi quod hi semper et solito ordine fiunt reflexi, illi vero non solito ordine, sed saepe *praeter* ordinem.

flunt in singulis seorsim musculis, et in *universales*, si flunt in musculis simul pluribus. Verumtamen quum huic dissertationi non alium praefixerim scopum, nisi quo coner horum motuum rationem sufficientem ostendere ex intimo ac necessario nexu, qui intercedit corpus inter atque animam, huic ultimae divisioni inhaerere minus necesse fore arbitratus sum, propterea quod quam valere rationem in singulis partibus ostendero, ea ipsa etiam in pluribus valebit, quum discrimen sit non in ipsa causae natura, sed in sola ejus extensione.

1° MOTUS REFLEXI IN CORPORE SANO: hoc referuntur isti motus singulorum atque omnium simul artuum, totiusque corporis vehementes saepe concussions, si terror subitus supervenerit, pariter ac illi laetiores motus, quibus totum corpus exultando móvetur, si e. g. praeter exspectationem amicorum adventus inopinatus renunciatur. Deinde ii motus, qui *ab instinctu* dicuntur. Nimirum si aliis rebus intenti subito pungimur acu, vel musca importuna aut ape circumvolante vexamur, statim etiam inscii admota manu arcere pungentem et repellere infestantem conamur, quasi natura instinguente acti. Aut si, dum minime exspectamus, scelopetum prope nos exploditur, utramque manum ad aures et tempora apponimus; si minitator nobis quis ictu, vel simulato, claudimus oculos; si cadimus proni, protendimus brachia, si vero supini, inflexo dorso extendentes et agitantes brachia tentamus aequilibrari. Sexentesque alios tales motus quisque facile recordabitur. — Somniantium vero quis non vidit et expertus est motus?

Item hue referri merentur ii motus et motuum tentamina, qui dicuntur motus *coordinati* sive *concomitantes*, in iis partibus nempe, quae solito simul moventur. Ita multi homines, unum oculum claudentes, alterum apertum tenere nequeunt, nisi longo ac multo

exercitio. Alii, dum tenent digitos simul extensos, non valent eos altermos, aut binos aut ternos ab invicem dimovere, sed dum primum et secundum mouere intendent, etiam tertium movent, etc. Demum motibus reflexis adnumerari etiam motus respiratorios necesse est.

2º MOTUS REFERENCI IN CORPORE AEGRO: ad hunc ordinem referuntur ii motus, qui in *irritationi spinali* originem habere vulgo censemur, quique *inquietudinis musculorum* et *spasmophilia* nomine denotantur. Totus talium aegrotantium habitus inquietissimus est, sed operationes psychicae in iis nullo modo turbatae esse animadvertisuntur. Lecto suo continuo jactantur et, quantumvis contra nitantur, non possunt tamen impedire, quominus brachia et pedes agitantur, extendantur modo, modo flectantur, nunc supini, nunc proni volvantur miseri, modo surgant lectoque prosiliant, modo decumbant. Anguntur interea saepe vehementer, attamen mentis compotes, quid secum fiat, haud ignorant. Arreptis sponda ac stragulis connixi continere sese, aut, si subito vir gravis eos affatur, aliquamdiu quidem quiescere posse videntur, mox vero caeca vi jactantur rursum.

In spasmophilia fiunt tremores artuum juncti spasmissim in clonicis quam tonicis, nunc in singulis, nunc in pluribus simul membris ac corporis partibus, non solum iis, quae ex medulla spinali, sed etiam iis, quae ex cerebro nervos suos sortiuntur: facie, oculis, lingua, larynge. Inter haec omnia tamen intellectus non turbantur, quin imo voluntas libera manet in aliis, praeter hos inordinatos, motibus producendis, ita autem, ut saepe, dum membrum aliquod mouere intentant, novi simul spasmi in reliquis orientur.

Notandum autem est, quod tales aegroti saepe quasi instinctu quodam ac nisi acquisito feruntur, ut simulent,

nescio quam ob causam, aut saltem augeant istos spasmos; sed quos tamen, postquam ita quodammodo provocarunt, retinere jam aut coercere non amplius valent.

His proxime adjunguntur motus ac convulsiones, quibus corripiuntur atque agitantur puellae ac feminæ hystericae, motusque illi, quos *choreæ* nomine dixerunt. Etiam ad motus reflexos adnumerandos esse existimo spasmos illos, qui fiunt in variis morbis tetanicis, uti in tetano traumatico, rheumatico et trismo neonatorum. Convulsiones etiam cereales et omnes denique, qui in ceteris, quos nervosos dicimus, morbis fiunt motus convulsivi: in eclampsia et epilepsia et hydrophobia, et quos nominavit *Romberg*¹⁾ »*spasmos coordinatos*«. Tandem etiam tremores, quibus concutiuntur laborantes febri intermitenti in stadio frigoris, motuum reflexorum nomine comprehendendi posse, quatenus fiunt praeter voluntatem et contra voluntatem, nemo negabit.

Imprimis tamen hic notandi ii motus, qui fiunt etiam in membris paralyticis, inter quos referendos judicavi tremores, quos communi nomine *paralyseos agitantis* complecti solemus, et tremores ex intoxicatione mercuriali atque alcoholica oriundos, et illos, quos, quia decrepitam senectutem concomitari solent, *tremores senum* dicimus. Sed dum tremores isti vulgo explicantur ex *tono* imminuto vel ex relaxatione muscularum antagonistarum, aliud est genus commotionum, quae fieri ad adstantium et aegrotantium saepe stuporem conspi ciuntur in membris ipsis quacunque de causa, sive apoplexia, sive morbo spinali, sive fractura vel aliâ laesione distorsioneque vertebrarum, paralyticis, in quibus nec sensus est nec motus voluntarius ullus, quosque

1) Lehrbuch der Nervenkrankheiten des Menschen, p. 640 et seq.

praeprimis motuum reflexorum nomine insignire physiologi solent, putantes se jam mirifice explicasse istos motus, si magno, sed inani, verbo *reflexos* dixerint. Videre enim saepe est tales homines paralyticos, qui, dum membris paralyticis punguntur atque uruntur, nihil dolere vel sentire se testantur, neque ullo voluntatis imperio has partes ullo modo movere possunt, qui vero, si vel leviter ad plantam pedis paralytici titillantur, experiuntur non tantum leves muscularum contractiones, sed totius istius cruris vehementes saepe jaculationes.

Hujus modi exemplum narrat inter alia Romberg loc. cit. p. 359 de viro XVIII annorum, qui ob laesionem vertebrarum colli inferiorum imperfecta tenebatur paralysi. In quo exemplo id etiam singulare legitur, quod initio quidem morbi titillatione unius plantae sui tantum pedis motus, deinde utriusque pedis ac demum vigesima sexta die motus non solum extremitatum inferiorum, sed etiam trunci ac brachiorum concitabantur. — Aliud etiam exemplum narrat ibidem p. 678, a Pinel juniore observatum in puella idiota XVIII annorum, in qua motus isti reflexi jungabantur cum insultu epileptico. »Am 24 December 1821, ait, beviel ein solcher Paroxysmus (epilepticus), der am vierten Tage tödtlich endete, und in welchem auch die paralytischen Glieder der linken (paralytici) Seite an den heftigen Convulsionen Theil nahmen.“

Quibus expositis et narratis quasi sponte, praesertim iis, quae in primo Rombergi exemplo narrata sunt, deducti sumus ad eos

5° MOTUS REFLEXOS, QUI ARTE POSSUNT EXCITARI IN CORPORE REGENS EXANIMATO: in hisce vero exponeundis sequar maxime experientias clarissimorum physiologorum, quas ipsi experti testarunt, et quae ab aliis repetitae passim

in libris leguntur. Ipse enim nihil novi experiri tentavi, quum, quae alii experti erant, sufficere posse viderentur ad plenam ac certam aenigmatis explicacionem, dummodo ad primas physiologiae et rectae rationis leges comparata intelligerentur. Itaque, si, (ut fiat experimentum in animali vili), rana capite abscinditur, continuo quidem vehementes quaedam ac turbulentae convulsiones contractionesque spasticae tum in trunco, tum in membris fieri conspiciuntur; crura postica ipso momento extenduntur, quasi spasmo tetanico rigida, et femorum praesertim varii musculi motu tremulo agitantur. Saepe fit etiam, ut rana capite licet resciuso prosiliat, aut per terram circumvoluta maxime miris, sed inordinatis motibus fiat quasi ludibrio. Sedata vero hac prima procella, postquam animali aliqua quies data est, haec licet experiri:

1. Crus, quod primum extensem fuerat, subito ad ventrem attrahitur et, si manu experientis iterum extensem fuerat, denuo attrahitur; unde concludimus animal ad hos motus simpliciter producendos non egere cerebro.

Initio quidem hi motus in ipso erure, si ejus digitii premuntur, definiuntur; postea vero universalis reactio eadem digitorum pressione etiam in reliquis corporis partibus videtur concitari.

2. Jam vero hi motus omnes excitari tantum possunt, quamdiu nervus sensitivus, qui stimulatur, vel nervi sensitivi earum partium, quae irritantur, cum medulla spinali integri cohaerent. Nam postquam nervus ipse resectus fuit, vel varii alicujus partis nervi in radicibus suis a medulla spinali sejuncti fuere, omnis subito reagendi vis consopita quiescit, quantumvis stimulare et concitare tentaveris. Si dein autem ramus quis nervi motorii, aut radix nervi motorii tangitur,

- moveri quidem ea pars, aut eae partes cernuntur, in quos ramus aut nervus variis suis ramis extenditur, sed reliquae partes omnes, quae ex isto nervo ramos non accipiunt, immobiles persistunt. Unde concludimus, incitationem in nervo sensitivo conduci ac propagari per medullam ad nervos motorios centripetam, in nervo autem motorio centrifugam. Etenim
5. dissectis a medulla radicibus posticis nervorum cruris dextri posterioris, nullus jam neque in hoc crure, neque in ulla corporis parte fit motus, si digitus pedis hujus dextri premuntur aut punguntur; si vero sinistri pedis posterioris digitus premuntur, statim fiunt motus non solum in ipso hoc pede sinistro, sed et in toto saepe reliquo corpore *et in altero quoque pede posteriore dextro.*
 4. Dissectis a medulla radicibus anticis nervorum cruris dextri, oriuntur quidem, si premuntur digitus ejus pedis, motus in utroque pede anteriore et posteriore *sinistro, nulli vero in ipso dextro presso.*
 3. Dissectis tandem a medulla radicibus tum anticis tum posticis nervorum cruris dextri, si ejus digitus premuntur, nulla jam neque in ipso hoc crure, neque in ulla alia parte fit mutatio, quamvis, si pes sinister, cuius nervi integri sunt, lacessitur, et ipse et reliquae partes, excepto solo crure dextro, vehementer agitentur.
 6. Si transversa sectione medulla spinalis dividitur, motus, quominus excitentur, non praepediuntur, nisi in iis tantum partibus, quae nervos suos superiore, quam qua secta fuerat parte, accipiunt, quando scilicet irritatio fit ex parte aliqua, quae est infra locum sectionis. Si e. g. rana capite plexa fuerat ita, ut occiput inter et primam vertebram secta sit, et si dein secatur etiam medulla vertebram quartam inter

et quintam, ut primum punguntur digiti alterutrius pedis anterioris, statim in utroque hoc pede et ad ventrem⁴⁾ quoque fiunt contractiones muscularum, non tamen in pedibus posterioribus. Item si pedes posteriores lacesuntur, motus definiuntur ad partes, quorum nervi oriuntur infra sectam medullam, et non ad partes superiores extenduntur.

7. Si cauda lacertae variis segmentis transversis dissecta fuerat, etiam in his singulis segmentis, irritata sua cute exteriore, spasmi ac motus fieri cernebantur. Idem autem etiam in angue dissecta facillime poterit observari.
8. Si vero sectione transversa non tota medulla dissecta est, sed duabus incisionibus ex utroque latere sibi oppositis ita est divisa, ut quasi ponte in media substantia cinerea cohaerentes jungantur adhuc partes, motus per hunc quasi pontem conducti ac transeuntes in omnes simul partes undique excitari et communicari posse cernuntur, et quidem eo melius, quo latior cinereae substantiae pars intacta remanserat. Si e. g. ranae capite plexae medulla spinalis a parte quidem dextra quartam inter ac quintam, et a parte sinistra quintam inter et sextam vertebram ita inciditur, ut ambae hac incisiones ad medium fere medullam pertingant, relicta parva tantum parte substantiae cinereae, qua jungantur, illaeisis nervorum radicibus, contractiones ac motus in reliquae adhaerentis trunco pharyngis parte et in humeris excitantur compressione digitorum posticorum

1) Hinc videtur posse concludi, irritationem in nervis sensitivis non tantum ascendendo, sed simul etiam descendendo per medullam deduci ad nervos motorios, praesertim quum, si integra et non divisa est medulla spinalis, motus universales non minus ex pede antico, quam postico conceitari queant, dummodo pes, qui lacescitur, saltem sensitivis suis nervis cum medulla conjunctus sit.

et vicissim in his compressione digitorum anticorum. Quin imo, si in vivente rana haec ipsa iterantur, integer etiam, sed minus promptus, membrorum usus animali videtur remanere; et si dein capite resciso digiti antici pungendo irritantur, tam vehementes saepe oriuntur motus, ut sine capite trunca pro-siliat et pedes postici scalpello, quod forte abdomini impositum fuerat, quasi amoturi admoveantur.

9. Si sectione longitudinali totus medullae tractus dividitur, possunt communicari quidem motus ex qua-cunque parte lateris dextri reliquis omnibus partibus lateris ejusdem, non tamen sinistri, etiamsi post sec-tionem partes separatae sibi apponuntur. (*Valentin*).
10. Si vero, ranae viventis canali dorsali aperto, me-dulla a vertebra quarta ad os coccygis usque sec-tione longitudinali ita inciditur, ut non tota media substantia cinerea dividatur, sed in parte antica parva maneat substantiae cinereae commissura, pedes posteriores et anteriores motu suo ea re nequicquam impediti videntur; sed et, absciso dein capite, e digitis pedum posteriorum non solum in his ipsis pedibus posterioribus, verum etiam in pedibus anterioribus motus excitari queunt. »Ik kliefsde zelfs, ait *Valentin*,¹⁾ ... het geheele ruggemerg van de streek van den eersten of tweeden wervel af aan in de lengte, en nam nog de volmaakste willekeu-rige beweging, en na de onthoofding, zeer uitge-breide, algemeene reflexverschijnselen waar, wan-neer er van voren nog maar eene kleine verbindings-brug van ongerepte partijen des centralen zenuwstel-sels overgebleven was.»

1) Natuurkunde van den mensch, II, p. 766, vers. vern. *J. G. Rooseboom*.

Stilling vero, qui hanc rem etiam observaverat, quemadmodum ipse etiam *Valentin* refert, animadvertisse se dixit¹⁾, *motus in utroque latere concinnitate ac convenientia sua fuisse turbatos.*

11. Sin tamen sectione longitudinali medulla ita dividitur, ut non quidem substantia cinerea, sed tantum nervorum radices in substantia albida rescindantur, nullus incitationem ulla istius lateris parte tentatam motus consequitur, neque motus ex alio latere citati huic paralytico lateri communicantur. At si forte minima cinereae substantiae pars cum resectis in substantia alba radicibus dissecta fuit, nonnumquam motus et concitari et communicari posse videntur. Ex hisce igitur licet concludendo evincere, motus excitari et communicari non per substantiam albam exteriorem, sed per substantiam medium cinereum medullae.
12. Si aperta abdominis cavitate, sed integris nervis et integra medulla, intestinum aliquod aut mesenterii pars scalpello tangitur, varii saepe motus magna alacritate non solum in ipsis intestinis, quae voluntate moveri nequeunt, sed etiam in iis partibus et membris, quae musculis gaudent voluntate movendis, producuntur. Quare manifestum fit, non tantum eas partes, quae immediate ex medulla spinali nervos suos sortiuntur, sed et intestina, quae nervo sympathico ope ganglionum cum hac medulla conjunguntur, his motibus excitandis posse praebere ansam.
13. Si vero, resectis fibrillis iis, quibus nervus sympathicus conjungitur cum nervis spinalibus (a secunda scilicet ad infimam usque vetebram), aut deleta intra canalem suum medulla spinali, idem

1) Untersuchungen über die Functionen des Rückenmarks und der Nerven, p. 82.

repetitur, nulli usquam in musculis voluntariis excitantur motus, quantumvis intestina jejuna tangantur punganturve.

His, quae enumerata sunt, praecipuis experimentis, addere juvat quaedam, quae in singulis possunt observari, quaeque, quum ad explicandam naturam et causas horum motuum haud leve pondus habere videantur, adnotatu dignissima arbitratus sum. Etenim animadversum fuit: *a.* fieri melius et promptius motus dictos reflexos, capite resciutto, (quando nempe voluntatis imperio nequeant retineri, aut temperari), quam dum animal illaesum vivit; *b.* solere et extensione et intensione sua esse proportione comparatos ad vim et causam excitatricem; *c.* fieri primum quidem in partibus proxime adjacentibus loco irritato, v.g. in musculis eorum ipsorum membrorum, quae lacessuntur, deinde vero in remotioribus; *d.* fieri motus non tantum in iis partibus, quae parti irritatae proximae sunt, sed maxime in iis, quae functionibus suis ac lege physiologica cum ea parte conjunguntur, sic si laryngis mucosa tangitur, tussis, si vero pharyngis mucosa, deglutiendi conatus aut vomituritio exoritur; *e.* etiam in motibus reflexis eos musculos motu suo coordinari, qui, dum partes ad voluntatis imperium moventur, simul alternative contrahuntur relaxanturve, quemadmodum videre est in rana, quae, dum subito capite plexa est, jacet cruribus extensis, tetanicis. Si enim ita jacentis crus stimulatur, primum quidem adductores et flexores musculi contrahuntur, deinde vero, postquam pes sub ventrem attractus est, musculi extensores; ita ut iidem omnino fiant motus, quos fieri necesse est, quando animal vult saltare natareve; *f.* fieri hos motus saepe quasi prudenter, et ad fines certos accommodatissimos.

Haece omnia experientia physiologorum sensibus obvia, et saepe casu fortuito inventa, notissima sunt. Quam autem prompti fuere plurimi in tentando et experiendo, tam tardi fuerunt in explicando, et demonstrando, ut, quae fieri videbantur, etiam cur fierent possint intelligi. Et tamen in explicandis his, non in narrandis miris, opus est ac labor; etenim non sufficit, scire quid fiat, scilicet quod simplicis experientiae est, quum scientiae sit „*rerum cognoscere causas.*” Neque enim dubito hac in re dissentire a magno *Leibnitzio*¹⁾, etiam si loquatur is de altioribus illis fidei divinae mysteriis, dicente: »satis nobis esse scire, τι ἔστι, quum τὸ πῶς vires nostras excedat. Nam inter τὸ τι ἔστι, sive uti paulo inferius dicit, τὸ διότι et τὸ πῶς“ intercedit τὸ διότι. *Quomodo*, (τὸ πῶς) res sit vel facta fuerit, nescimus non solum in ordine fidei sive supernaturali, sed etiam in ordine scientiae sive naturali; at vero *cur* (διότι) ita sit vel fiat, id utique scire possumus ac cogimur, quum hoc solo docti indoctos antecellere videantur.

Verum enim vero si ea, quae etiam his ultimis annis viri maxime laudati de *motibus reflexis* scripsere atque disputavere, consulimus, fatendum utique est, longe plurimos egregie quidem descriptsisse, motus isti quales sint, circa leges tamen et rationes, quibus ita sint ac fiant, quibusve, turbato sanitatis ordine concentuque, fiant *necessario*, omnes halucinari et nomini nomen

1) De concordia scientiae cum fide § 56. Scilicet τὸ διότι, sive id, cur credimus in rebus fidei nobis suppeditatur, eo quod ab ipso Deo veracissimo effatum esse cognoscimus, et hinc in fide „rationale obsequium“ nostrum fit; fides vero, nulla nixa ratione sufficiente, repugnat, estque fides *rationalistarum*, qui dum tamen religiosi ac pii haberi velint, alia meliora se dicunt scire, alia pejora *pie* (!?) credere. Fidei est submisso sentire, non caecutire.

sufficientes dicere quasi ominantes, fieri »*translatione a nervis sensitivis in nervos motorios.*” Id idem candide confessus Wunderlich¹⁾ ita habet: »Bij deze processen stooten wij niet alleen in gezonden toestand op verschidene onbegrijpelijke verschijnselen en verhondingen, maar ook van de wijzigingen in het intreden der reflex-beweging, die zich in ziekelijke gevallen voor doen, kunnen de oorzaken grootendeels niet doorgrond worden. Het is niet overtuigend, dit aan te merken, dewijl velen van meening zijn, dat zij buitengewoon physiologisch te werk gaan en eene voldoende theorie der verschijnselen geven, wanneer zij ze als reflexwerkingen aanduiden. Inderdaad is daarmede echter niets minder dan eene verklaring geleverd, maar slechts eene uitdrukking voor een voor het begrip niet verder toegankelijk proces.”

Saepe quum hac de re meditarer, atque alios, viros doctos, consulerem, mentem subiit illud Galilei ad aquarios Florentinos dicentis »*naturam abhorrere a vacuo.*” Et re quidem vera si aequo judicio locus conceditur, fatendum est, doctissimos quosque viros saeculi XIX non minus fatue ad arcana naturae respondisse, quam istos saeculi XVI. Hi enim rem re, illi rem nomine nomini suffecto explicare posse se putant.

Antequam tamen ad ea, quae meditatus sum ipse, progediar exponenda, conerque et anatomicis et physiologicis et psychologicis legibus comprobare, paucis juvat praecipuas sententias examinare, quae de motibus reflexis prolatae hucusque maxime valuere.

1) Handboek der Path. en Therap. (Vers. J. H. Jansen, II, 4. p. 1146.)



CAPUT II.

PRAECIPUAE SENTENTIAE AD EXPLICANDOS ILOS MOTUS PROLATAE REFUTANTUR.

Prima est *Marshall Hall* statuentis et acriter pro-pugnantis, intercedere sistema nerveum cerebrale inter ac sympatheticum novum a se inventum sistema »*excito-motorium*.» Auditis tamen atque examinatis rationibus, quibus vir gloriolae suae cupidissimus istud suum sys-tema comprobare atque explicare conatus est, intelli-gemus mox illos, quos vocavit nervos »*incidentes et excitomotorios*» non solum gratis assumtos esse, et nul-libi posse demonstrari; sed etiam ad removendam diffi-cultatem ipsam quaestionis nihil efficere, quum non intelligatur qua ratione, quave lege nervi isti a nervis reliquis differant vimque suam exerceant. Nam »*vis nervosa Halleri*» de qua loquitur, primo quidem praeter nomen nihil habet, et deinde non ostenditur, quanam libertate aut necessitate ista vis in his maxime nervis ita agere possit aut debeat. Id saltem mihi non licuit intelligere, quamvis querenti animum et spem magnopere incitasset doct. *L. C. E. C. Fock*, quum in prae-fatione ejus ad versionem vernaculaam operis *Marshall Hall* »*Het zenuwstelsel en deszelfs ziekten*» haec legis-

sem:.... »immers die ontdekkingen bepalen zich niet slechts tot afzonderlijke daadzaken, maar zij tonen aan, op welke wijze, en in welke rigtingen het beginsel der werkzaamheid in hetzelve, de *vis nervosa van Haller*, werkt, en vinden hare toepassingen in de physiologische verschijnselen zoowel als in de pathologie en de therapie.”

Quam ob rem juvat hic praecipuos quosdam locos ex ipso opere *Marshall Hall* transcribere ac notare, ut quisque legens de aequitate accurata logices, qua auctor ratiocinatus est, judicare ipse possit. Ita autem in praeftatione sua pag. XX et seq. habet. »Daarenboven wat de zaak zelve aangaat, of het cerebraal-, en het eigenlijke spinaal-stelsel (ofschoon in dezelfde hulsels bevat) anatomisch gescheiden zijn, zoo geloof ik dat proefnemingen en waarnemingen aan het ziekbed zulks onbetwistbaar bewezen hebben. (?) De hersenen zijn het middenpunt van het eene stelsel, het eigenlijke ruggemerg is het middenpunt van het andere stelsel. Men neme de eerste weg, en het gevoel en de wil verdwijnen, terwijl de reflexwerkingen blijven bestaan. Men neme het laatste weg, en ook deze werkingen houden op. Zijn de gevolgtrekkingen die men uit deze daadzaken moet afleiden, niet zoo helder als de dag?”

(Liceat hic animadvertere, non agi jam de iis, ad quae concludi oporteat, sed de iis, ad quae auctor conclusit. Videtur enim in his et in tota sua reliquia argumentatione peccasse contra regulam syllogisticam:

“Latius hunc (terminum) quam praemissae conclusio non vult.”

Scilicet ex eo, quod sublato encephalo, auferuntur etiam voluntas et sensus; *motus vero reflexi*, quamdiu persistit medulla spinalis, excitari queunt, non sequi-

tur, motus istos aliis nervis excitari ac conduci, quam quibus, dum encephalum aderat, excitabantur et conducebantur, sed tantum, eos *sine sensu* excitari et *sine voluntate* conduci.)

» Ten opzichte der verrigting, ita enim pergit, welke bestaan blijft, wanneer de invloed der hersenen vernietigd is, is het een zeer belangrijk vraagpunt, langs welke wegen namelijk die verrigting werkt. Wanneer de hersenen het hoofdmiddenpunt van het stelsel der hersen-zenuwen zijn, en wanneer, dat middenpunt weggenomen zijnde, eene andere verrigting bestaan blijft; moet er dan niet een ander stelsel, eene andere soort van zenuwen zijn, die de wegen daarstellen, waارlangs de werking van dat stelsel zich kan uiten (vide notam praecedentem)?

» Zijn deze physiologische daadzaken niet voldoende, om te bewijzen, dat die twee stelsels anatomisch gescheiden zijn? reeds van het oogenblik, dat ik mijne nasporingen begon, was ik naar aanleiding dezer daadzaken van gevoelen, dat er een stelsel van *incidenten* van *reflex-zenuwen* moest bestaan, welke van de hersenzenuwen, dit is, van de zenuwen van gevoel en van willekeurige beweging, zoo moesten verschillen, als haar middenpunt, (het eigenlijke ruggemerg) van de hersenen verschilt"....

„Bij de gewervelde dieren bestaat dus het geheele ruggemerg uit twee gedeelten, die inderdaad zoo innig met elkander vereenigd zijn, dat zij door den ontledkundige niet gemakkelijk (melius forte dixisset nunquam afzonderlijk kunnen daargesteld worden, en welligt alleen door physiologische proefnemingen en patho-

logische waarnemingen te onderscheiden zijn. Het eenen is de zich in het wervelkanaal bevindende streng van gevoel en willekeurige bewegingszenuwen; de eerste begeven zich naar hun gezamenlijk middenpunt, de hersenen, de laatste ontspringen in dat middenpunt. Het andere, hetwelk men het eigenlijke ruggemerg kan noemen, onderscheidt zich daardoor, dat *het excito-motorisch is* (?) en de as daarstelt van een afzonderlijk stelsel van opwekkings- (excitorische) en bewegings (*motorische*, of *excito-motorische*) zenuwen, welke *as in het algemeen, doch vermoedelijk niet zonder uitzondering*, met bovengenoemden streng vereenigd is."

Ad haec id tantum adnotasse sufficiat: aliud esse functiones alicujus partis, aliud vias, per quas quasi ductae functiones istae propagantur. Etiamsi enim impedita et destructa cum cerebro voluntatis functione, alia, quam ille appellat functionem *motuum reflexorum*, functio persistere videatur, propterea tamen concludere nondum licet, hancce functionem alia via propagari aut cieri, quam qua propagabatur functio voluntatis, nisi ante demonstratum fuerit, esse revera talem aliam viam. Quod quidem eo magis etiam hic postulari posse videtur, quod ex ipsis *motibus reflexis* nullatenus manifestum fit, eos alia fieri via, quam qui a voluntate intenduntur motus, quum ipsis motus non *natura*, sed tantum *modo* differant; scilicet hi cum ordine fiunt ac regula, (quod est intelligentiae et voluntatis), illi sine ordine¹⁾ et sine

1) Hoc non ita velim intelligi, quasi motus reflexi fierent sine ullo ordine; vidimus enim supra eos fieri saepe quodammodo prudenter et ad fines certos accommodatos, sed volui tantum dicere, eos non fieri eo ordine, qui *libere* eligitur, aut cui *libere* obtemperatur. Etenim in motibus voluntariis, non nisi ex exercitii defectu plures, quam quae jubentur, partes moventur, dum in motibus reflexis moyentur non

regula. Atque hic quidem aliam etiam difficultatem offendimus, quam *Marshall Hall* nunquam superabit, quaque tota ejus hypothesis irrita redditur, nimirum quomodo fiant, ut non impedito voluntatis imperio *motus reflexi* non fiant, aut cur saltem ad tempus motus isti contineri queant. Quod idem jam animadvertisit *C. Ludwig*¹⁾.

»Hiernach ist es nicht nöthig noch darauf aufmerksam zu machen, dass diese Hypothese es geradezu unmöglich macht zu erläuteren, warum unter dem Willenseinfluss die Reflexe nicht erfolgen, warum eine stetige sensible Erregung eine variable motorische bewerkstelligt und endlich warum auf eine beschränkte Erregung nicht jedesmal, sondern nur unter ganz gewissen Bedingungen eine allgemeine Bewegung erfolgt.“

Quid si deinde p. XXIV cogitur ipse confiteri: »Doch al is het twijfelachtig of er een afzonderlijk anatomisch gedeelte voor het excito-motorische stelsel op zich zelve bestaat, het is nogtans volkomen duidelijk (!?) dat het met het andere stelsel vereenigd bestaat en een afzonderlijke physiologie, pathologie en therapie bezit.“?

solum musculi ii, qui v. g. ad saltum necessarii sunt, sed etiam alii in aliis partibus, qui ad saltum nihil facere videantur. Verbo ex motibus reflexis elucet quidem ordo et lex, sed lex et ordo necessarius et quasi praestabilitus, ex motibus vero voluntariis ordo idem et lex, sed quo libera voluntas pro arbitrio suo utitur. Exemplo machinae aut horologii haec puto posse illustrari. Quemadmodum enim horologio certis intervallis horae pulsantur et indice indicantur, quamdui ponderibus suis et elatere, tamquam moderatoribus, regitur; sed omissis intervallis horae continuo sequentes pulsantur, indexque per omnes continuo numeros gyro peragitur, si elater frangitur: sic existimo etiam fieri motus istos reflexos in machina animali (corpus enim est machina), quando elater ille, quo regitur, cum cerebro ablatus est.

1) Lehrbuch der Physiologie des Menschen, p. 143.

Miranda sane est clarissimi viri sententiae tenacitas, qua, postquam haec confessus est, pergit tamen et repetit pag. 2: »Ik geloof genoegzaam bewezen te hebben (vide superiora), dat het juister of liever dat het noodzakelijk is, eene andere onderafdeeling van het zenuwstelsel aan te nemen. Beschouwt men het *Cerebraal* of *Cerebro-Spinaal*-gedeelte van het zenuwstelsel als de organische zitplaats der ziel — van *gevoel, perceptie, oordeel en wil* — en het zenuwknooppgedeelte als de bron *der bewegingen der inwendige spierachtige organen van voeding, afscheiding, enz.* dan is het duidelijk (?), dat er tuschen die twee afdeelingen van het zenuwstelsel, een middenstelsel moet bestaan, hetwelk vroeger niet gekend was, te weten: dat voor alle *verrigtingen van ingestie en egestie, van exclusie, retentie, expulsie enz.....* Ik heb het, voor het tegenwoordige, om deszelfs organische zitplaats en om de eenvormigheid van deszelfs wijze van werking, het *eigenlijke Spinaal- en excitomotorische stelsel* genoemd.”

Scilicet omnes illae functiones ingestionis et egestionis, exclusionis, retentionis, expulsionis etc. fiunt internis iis organis motu praeditis, quibus fit nutritio, secretio etc., quibusque ipse auctor dicit praeesse systema sympatheticum, et tamen vult iisdem etiam praeesse illud sistema hucusque ignotum. Nam systema *sympathicum* et nervis cerebralibus et spinalibus ubique conjungi, ab iisque etiam sortiri fila, non potuit hic innui, quum res sit essetque notissima.

Pariter p. 50 ex eo, quod, secta medulla spinali inter membrum, quod movebatur et locum, qui irritabatur, continuo motus sistebantur, statim conclusit: »Die bewegingen en die physiologische verrigtingen

hangen dus af van een afzonderlijk stelsel van incident-zenuwen, het ruggemerg en reflex-zenuwen, welke alle dat bijzondere kenmerk hebben, dat zij met de vis *nervosa* begaafd zijn." Et pag. 54 quasi inquietus et sibi ipse diffidens, quaerit: »Kan ik niet verklaren, dat dit de zuivere uitdrukking van daadzaken en vrij van *hypothesen* is? Immers ik spreek niet van *vezelen* of van *draden*, (quid ergo sunt isti nervi?) omtrent welke men zooveel getwist heeft, en nog zooveel onzekerheid bestaat, maar van eene werking¹⁾ in zenuwen, die men beide duidelijk zien kan." (Etiam istos *nervos excitomorios*?)

»Deze incidentzenuw, die wij alzoo hebben aange-
toond (?) is slechts eene zenuw van een geheel stelsel
van incident-zenuwen; hetwelk eveneens de uitdrukking
van *daadzaken*, eveneens vrij van *hypothetische* beschou-
wingen is" etc. Verum festinatione opus est; nimium
jam his fallaciis immoratus sum, et ex dictis abunde
poterit patere, quantopere oblitus sit *Marshall Hall*
sententiarum Herschelii, quas operi suo praescripsit:
»Wij moeten nimmer vergeten, dat het onderwerp onzer

1) Evidem conedo, licere concludere ex effectu ad causam, sed non ad causam qualemque. Si concluditur ex effectu ad causam, concludatur ad causam justam oportet, et si agitur de causa materiali sensibus obviā, quemadmodum hic, dum ex motibus reflexis ad nervos excitomotorios et reflectentes concluditur, indicetur et demonstretur etiam ista causa necesse est. Unde patet etiam quid sit respondendum, si quis forte putaret, posse hoc idem argumentum etiam retorqueri in spiritualistas, tenentes et profitentes, esse in homine animam rationalem, immateriale, immortalem, propterea, quod homo cogitat ac vult. Ingens enim disparitas est, quum anima hoc ipso, quod cogitat et vult, etiam ostenditur esse immaterialis et simplex, ac propterea sensibus non posse percipi nec vel sub microscopio videri; nervi vero, utpote materiales, sint sensibus obvii, et saltem armatis oculis spectabiles.

nasporingen beginselen en niet verschijnselen, - wetten en *niet afzonderlijke*, van elkaar *onafhankelijke daadzaken zijn.*" Et : »Deze nieuwe onderzoeken zullen..... ook de opmerkzaamheid der waarnemers opwekken en haar tevens langs den juisten weg, zonder welke alle waarneming verloren arbeid is, leiden, *door aan te wijzen, wat aangenomen moet worden.*" Quisque enim ex iis, quae ex isto opere retuli, facile perspicet, totam viri argumentationem laborare claudicantem misera petitione principii, et ut recte adnotat D^r J. Wallach, qui opus hoc germanice edidit, pag. 61. »Dass ein Hauptfehler in des Verfassers Lehre die Inconsequenz ist, mit der er *sensitive* und *motorische* Nerven unterscheidet und wieder *zusammenwirft*. Von hier aus entspringen mancherlei Irrungen." Quare hoc sistema, quod non est ratione inventum; sed phantasia effictum, quia gratis assumptum est, etiam gratis rejicitur.

Altera deinde sententia est eorem, qui uti E. Pfluger¹⁾, ridentes et rejicientes animam rationalem, immaterialem atque immortalem, quasi »*Deum ex machina*», quia ipsi utique nimis materiales »*ea quae sunt spiritus non sapiunt*, assumpsere fictam sibi aliam animam, quae resideat in medulla spinali. Propterea enim quod inter *motus reflexos*, etiam eos, qui in animalibus capite plexis arte excitari possunt, observantur multi, qui quasi ad voluntatis imperium compositi et ad finem certum accommodati fieri videantur, imaginati sibi sunt, etiam in medulla spinali esse intellectum et voluntatem, seu potius intellectum et voluntatem esse tantum effectus dynamicos, qui ex varia

1) Die sensorischen Functionen des Rückenmarks, C. II, III.

et multiformi compositione et concentu fortuito vis nerveae resultent¹⁾ , fere quemadmodum indicatio horarum in horologio fit compositione et physico concursu rotularum. Quum enim anima a sapientissimis quibusque in cerebro reponatur, uti jam ipse intellexit Galenus¹⁾ dicens : τὴν λογιστικὴν Ψυχὴν δικεῖν ἐν ἐγκέφαλῳ ἀρχὴν κινήσεως, quumque tamen, absciso capite, in motibus aliquid intellectus videatur remanere ; fas sibi putavere isti animae negandae, quia (et recte quidem) pugnare videtur , scindi aut dividi animam.

Quod si diceretur ista anima, quam in medulla spinali reponunt, ipsa esse anima immaterialis et immortalis, qua fit, ut homo bestiis superior non solum sentiat, quae ipsum circumdant corpora, feraturque non pariter ac brutum animal nisu instinctivo ad amandum et volendum tantum ea, quae sensibus arrideant; sed ut sentiat ac sapiat etiam maxime altiora illa pulchra, justa, honesta, velitque libere ea, quae intellexit sibi fore bona: non esset utique, quod adeo obniterer, saltem hoc loco et in hac re; scilicet quum, nihil derogantes excellentissimae animae naturae, solam ejus sedem ex cerebro vel medulla oblongata ad medullam spinalem transtulissent, quamvis utique non intelligeretur, cur ita sede sua moveatur anima, cum tamen ad ipsam difficultatem, ob quam moveretur, sedes ipsa

1) De usu part. L. IX, c. 4. — Quare etiam pro notione anatomica, quae tum valebat, nervos quidem *cerebrales* dixit esse *sensitivos*, *spinale*s vero *motorios* (ibid. L. XVI, c. 2, seq.). Item etiam Pythagoras docuit vires sentiendi φένες et vires intelligendi (*vōūs*) esse in cerebro. (Diog. Laert L. VIII, 30.) Plato vero in Phaedone. 48. ita habet: οὐδὲ ἐγκέφαλός ἔστω οὐ τὰς αἰσθήσεις παρέχων τοῦ ἀκούεν, καὶ δρᾶν, καὶ ὀπραύεσθαι. Sic etiam juxta eundem Platonem (Tim. 483) caput jam ipsā formā suā dicitur esse imago universi, quia in capite habitat omnia regens animus (*vōūs*).

nihil facere videatur. At vero propterea isti materialistae haec machinantur, (sed somniantes ac delirantes), quod sibi et aliis optant posse persuadere, cum corpore etiam mori animam, scilicet, ut *edamus et bibamus*; atqui ideo hanc funestissimam sententiam censui esse impugnandam, quod hominem brutis aequiparantes¹⁾, malunt vietas dare manus animae materiali, *spinali*, *dynamicae*, *fictae*, quae pariter ac *vis ista nervosa Halleri* praeter nomen nihil habet, quam sentire ac sapere ut decet. Ante me autem jam impugnans scripsit vel ipse Rousseau: «Qu'on me montre un autre animal sur la terre qui sache faire usage du feu et qui sache admirer le soleil. Quoi! je puis observer, connaître les êtres et leurs rapports; je puis sentir ce que c'est qu'ordre, beauté, vertu; je puis contempler l'univers, m'élever à la main qui le gouverne; je puis aimer le bien, le faire et JE ME COMPARERAIS AUX BETES? Ame abjecte, c'est ta triste philosophie qui te rend semblable à elles; ou plutôt tu veux en vain t'avilir. Ton génie dépose contre tes principes, ton cœur bienfaisant dément ta doctrine, et l'abus même de tes facultés prouve leur excellence en dépit de toi.»

Sed non animadvertere videntur isti, praeter alia

1) Ita enim Broussais (Ephem. n° 2). «Les fonctions du cerveau produisent l'intelligence.» Et: C'est le système nerveux, qui perçoit, sent, raisonne, veut, prévoit etc.... les phénomènes intellectuels sont aussi le résultat de l'action d'une matière nerveuse.... Nam.... la matière nerveuse, dans un certain état, produit par son action tous les phénomènes intellectuels chez les animaux aussi bien que chez l'homme. (Vid. Prop. de pathologie). Et jam ante ipsum dixerat Diderot: «qu'un chien ne diffère de l'homme que par l'habit» et repetit Broussais: (Cours de phrénol., pag. 594.) «Il est temps de faire disparaître le mur d'airain que les métaphysiciens ont élevé entre l'homme et les animaux. Quo quid magis absurde, quidve impudentius potest dici?

multa, quae neglexere, comparationem horologii nequam hic posse valere, quum quae sit in horologio indicatio horarum, fiat necessario; motus vero in hominis corpore ad liberum voluntatis arbitrium. Deinde, quis adeo stultus est, ut non intelligat, quantumvis exactissime horologio indicentur horae, non tamen propterea debere aut posse dici horologium intelligens, sed intelligentem eum, qui fecit, artificem?

At vero etiamsi anima ista spinalis existeret, mente tamen vel ipsorum suorum creatorum nihil esset aliud, nec esse posset, quam ad summum *vis quaedam resultans*; vis vero resultans in se est nihil, quum non sit ex duabus tribusve progenita tertia, quartave singularis, sed tantum ex compositione priorum directione variarum effecta, et quidem ita effecta, ut vi ac directione suarum componentium effectu agat media, efficiatque praeter suas componentes nihil. Si ergo, factentibus, ipsis materialistis non in ipsa vi nervea est intellectus, non potest etiam esse in ejus resultante, quum vis resultans a sua componente non differat nisi directione, et directio, quia est *accidens rei*, non mutet *essentiam rei*.

Praeterea autem, ut talis anima tanquam vis resultans jure assumeretur, ostendendum foret, quaenam sint ejus componentes et quaenam componentium inter se conjunctio, ut reliqua absurdia multa et futilia mittam. Sed non videre videntur isti, quantopere hallucinentur, vertentes sese continuo circulo petitionis principii, quum omne id, quod velint tali machinatione probare, jam probatum supponant. Antequam enim vires istae possint in unam *resultare*, necesse est lege physics, ut ex uno puncto exsiliant. Sed copiose et egregie haec tractat

D^r R. H. Lotze¹⁾) »Die Zusammensetzung der physischen Bewegungen nach dem Parallelogramm der Kräfte ist die verführerische Analogie, deren gewöhnlich etwas ungenauer Ausdruck diese unerfüllbaren Hoffnungen zu erregen pflegt. Zwei Bewegungen sollen eine dritte nicht minder einfache erzeugen, als sie selbst waren. Warum also sollten nicht auch die innerlichen psychischen Zustände der einzelnen Nervenelemente, ihre Empfindungen, (?) ihre Gefühle, (?) ihre Strebungen, (?) in beständiger Wechselwirkung mit ähnlichen Zuständen ihrer Nachbarn begriffen, zuletzt den einfachen Strom eines Gesammtbewusstseins erzeugen, der gleich einer resultierenden Bewegung uns stets den Schein der Einheit geben müsste, obgleich er aus unendlich vielen Componenten erzeugt ist? Wir sagten oben, das der ungenaue Ausdruck jenes physischen Gesetzes solche Hoffnungen erregte. Das Parallelogramm der Kräfte sagt uns, dass zwei Kräfte, auf einen und denselben Punkt einwirkend, diesem Punkte eine mittlere einfache Bewegung ertheilen. Von der Einheit dieses Punktes schweigt jene Hypothese....

»Gewiss liegt einer grossen Menge solcher Aussprüche wirklich die leichtsinnige Unklarheit zu Grunde, als könnten die Thätigkeiten verschiedener Theile eine Resultante hervorbringen, die nicht nur als Zustand irgend eines oder mehrerer von diesen Theilen selbst, sondern als selbständiges Wesen dastände. Lassen wir jedoch dies äusserste Missverständniß beiseit, und nehmen wie als zugestanden an, dass aus der Verschmelzung mehrerer Thätigkeiten nie von selbst ein neues Subject entstehe,

1) *Medic. Psychologie oder Physiologie der Seele*, p. 16—18.

dem ihre Resultante zukommt, dass diese vielmehr stets an denselben Substraten haften müsse, von denen die zusammensetzenden Bewegungen ausgingen, oder auf die sie wirkten, so bleibt uns nur folgende Ansicht der Sache übrig. Jedes Nervenelement wird auf eine uns übrigens unbekannte Weise die inneren psychischen Zustände, in die es durch irgend welche Reize versetzt ist, auf seine näheren und entfernteren Nachbarn übertragen. Nach allen Analogien naturwissenschaftlicher Anschauung müssen wir voraussetzen, dass auf die Grösse dieser Mittheilung theils die Verschiedenheit der räumlichen Lage, theils der Grad der Engigkeit des physiologischen Zusammenhangs der Elemente bedeutenden Einfluss haben wird. Wie eine Welle mit abnehmender Höhe sich über einen zunehmenden Wasserkreis verbreitet, wird der jedem Element eigenthümliche Erregungszustand sich den entfernteren nur in geringerem Grade mittheilen und am Ende dieser ganzen Zerstreuung wird jedes derselben sich in einem andern Gesammtzustande innerer Erregungen befinden als jedes andere. Dies wird wenigstens der Fall sein während der kurzen Zeit, die bei der beständigen Abwechselung der Eindrücke im Seelenleben jedem einzelnen zu seiner ungestörten Verbreitung vergönnt ist, und die stets die Herstellung eines vollkommen gleichartigen Zustandes in allen einzelnen Nervenelementen verhindern würde. Diesem Ergebniss wüssten wir nichts mehr hinzuzufügen; dass es weit entfernt ist, die Einheit eines Bewusstseins zu begründen, leuchtet von selbst ein....

» Man wird sich endlich auch entwöhnen, diese Einheit in irgend einem ausgedehnten Massenelemente zu suchen und zugestehn, dass das Bewusstsein, welches

in der That eine Art Resultante aller Wirkungen einzelner Organe ist, (scilicet catenus, quatenus actus animae percipientis sequitur impressionem in organis sensuum factam et per nervos ad animam perductam, non tamen quatenus ipse actus percipiendi esset *effectus (resultans)* impressionis et motus nervorum), doch diese Resultante nur dann sein kann, wenn ein einfaches, immaterielles Subject schon feststeht, auf welches alle die zusammenströmenden und einander modifizirenden Wirkungen sich beziehen."

Sed mittamus absurdia haec; existere talis anima omnino nequit, quum sit sibi ipsa contradictoria; esset enim materialis, sed sensus aufugiens et simplex, intelligens, sed actionis suae nesciens, volens, sed necessitate acta, quum motus reflexi in ipsis etiam materialistis fiant invitis.

Tertia demum sententia est eorum, qui explicantes et definientes *motus reflexos* nuncupant eos *translatos*, scilicet fieri eas translatione transversa de nervis (sensitivis) in nervos motorios, ita tamen ut communicatio horum nervorum nulla usquam possit indicari, nisi quaerat ipsa affinitate tubulorum suorum seu neurilemate. Quod totidem fere verbis vir ceteroquin ingenii acuminis praestans C. Ludwig¹⁾ scripsit:.... »Sie (die Leitung) kann sich von einem Rohr auf ein anderes verbreiten, so dass dann die Leitung durch die Scheiden hindurch geschieht.“ Et paulo inferius: »Anderntheils kann aber auch eine von beschränkten Stellen in das Rückenmark eintretende Erregung sich einem grossen Theil desselben mittheilen, ohne dass wir eine Kom-

1) Lehrbuch der Physiologie des Menschen, I, p. 139.

munikation der Lumina der ursprünglich und der secundär erregten Röhren nachweisen oder auch nur wahrscheinlich (?) machen können. Wir setzen also in diesem Fall voraus, dass die Erregung einer Röhre die Veranlassung zur Erregung der nebenliegenden gegeben habe. Querleitung." — Statimque tanquam rem certissimam submittit: »Diesen gegenseitig erregenden Einfluss üben entschieden (?) die sensiblen auf motorische Röhren; ein Gleches vermuthet man zwischen motorischen und motorischen, sensiblen und sensiblen, motorischen und sensiblen."

Jam vero si quaeras argumenta, quibus hoc »entschieden» demonstret, non habet alia, quam quae sunt notissima experimenta in animalibus capite plexis etc. quibus utique demonstratur, fieri ac posse arte etiam excitari tales motus; nullatenus vero fieri vel excitari translatione per vaginas nervorum sibi adjacentium. Quare manifestum fit, totam hanc sententiam redire ad simplicem nominum mutuationem, meramque hypothesin, et quidem hypothesin talem, quae repugnet duabus primariis Physiologiae legibus, conductionis scilicet *centripetae* et *centrifugae*, quas tamen non potest non agnoscere ipse etiam *Cl. Ludwig*, scribens: »Auf die Gegenwart des ersten Falles, der sog. Längenleitung, schliessen wir, weil vom Willen aus ganz beschränkte Bewegungen ausgeführt werden können, und weil ganz eng umgrenzte erregende Einwirkungen auf empfindliche Flächen ebenso beschränkte Empfindungen erzeugen. Beides wäre unmöglich, wenn die Erregung auf dem Wege von oder nach dem Hirne nicht vollkommen isolirte Bahnen fände.

Igitur si viae illae necessario sint sejunctae (*isolirte*);

quin imo si sejunctio haec fiat ipsis parietibus, sive
 vaginis nervorum, uti experimento comprobavit E. *Du
 Bois-Reymond*, quem ipse *Ludwig* in praeclaro suo opere
 maximopere laudat, et ab impugnationibus in hanc
 ipsam thesin acriter defendit (p. 121); si etiam eorum
 communicatio possit nullibi demonstrari aut verosimilis
 reddi, ut ipse etiam confitetur *Ludwig*, quonam, quaeso,
 jure, quave ratiocinii *consequentia* poterit dici, fieri
 translationem per vaginas, sive parietes nervorum?
 Profecto antequam tali sententiae adhaeremus, potius
 consentirem, nisi aliae id rationes vetarent, iis, quos
 vocavit *Ludwig*, loco cit. p. 144 spiritus mysticos, dicens:
 »*Geister, die der Mystik zugewendet sind*, haben auch
 sogleich als Zwischenglied eine besondere Rückenmarks-
 seele angenommen, die denn freilich etwas ganz anderes
 sein müsste, als die denkende und bewusste Hirnseele,
 da durch deren Dazwischentreten gerade die Reflexe
 gehemmt statt begünstigt werden.“ At vero quae de
 ista anima *spinali* mea sit opinio, ex supra dictis satis
 existimo posse dijudicari.

CAPUT III.

MOTUS REFLEXI EXPLICANTUR EX EO, QUOD CORPUS
SIT ANIMAE INSTRUMENTUM AUTOMATICUM.

Jam refutatis iis, quae hucusque ad explicandos motus reflexos in medium erant prolata, restat, ut exponam ea, quae ipse exacti ratiocinii tramitem prosequutus inveni, quaeque ad rem tantam tamque obscuram rite intelligendam plurimum facere novumque haud sane contemnendum lumen affundere posse existimavi. Non enim destruendi, sed extruendi mens fuit.

Ante omnia vero in hisce disquisitionibus duo, quae certa experientia constant, retinenda esse, ab iisque sincere duci me debere statui. Primum quidem: *sieri hos motus ope medullae spinalis*, propterea quod vidi mus eos sieri atque excitari posse etiam in corpore capite suo resecto, dummodo partes movendae integris suis nervis cum medulla cohaereant, et *quidem sieri atque excitari eo facilius*, quo *perfectius cerebrum a medulla spinali dissectione vel alia quacunque ratione sejunctum fuerat*. Alterum vero: *posse quamdiu medulla spinalis cum cerebro conjuncta est, homoque mentis compos ac voluntatis exercendae capax est, coerceri saltem aliquatenus hos motus voluntatis imperio, etiamsi praeter voluntatem siant; fieri autem necessario, nulloque modo posse impediri, ut primum voluntatis imperium, quominus exerceatur, impeditum est*. Quibus intellectis

jam statim primum mihi fuit suspicari de unione ac commercio animam inter et corpus, statuque inter eas res, quibus ad solvendam tantam quaestionem uterer, etiam animam assumendam, quemadmodum praefixa huic operi sententiā viri clarissimi *Lotze* jam volui indicare dicentis: »Nur andeuten wollen wir hier, dass eine vollständige mechanische Ansicht unter jene Elemente, aus deren Zusammenwirken das Leben hervorgeht, auch die Seele mit aufnehmen muss.“

Attamen haec suspicabar tantum, nihil certi ausus proferre. Sed considerans deinde motus respirationis, scilicet ubi singuli ac plures simul musculi moventur, dum dormimus pariter ac dum vigiles sumus, dum minime cogitamus non minus, quam dum mente attendimus, numeris atque ordine absolutis; sed quos retinere etiam vel incitare, minuere vel augere pro libitu valemus; considerans etiam motus intestinorum, quae moventur quidem sponte et constanter et convenienter, sed quae initio ac fine suo ita quasi custodiuntur atque invigilantur, ut, qui fiunt motus in sphincteribus ad utramque extremitatem longissimi istius canalis, voluntatis imperio possint regi; et demum animum advertens ad illud genus motuum totius corporis, quos instinctivos vocavi, uti dum inopinantes subito gaudio exultamus, aut timore horrentes resilimus ferae minaci facti obvii, aut in locum praecipitem proximi: admirabundus quidem quod fiunt haec omnia tanto concentu et quasi prudenti imperantis consilio, tamque et tempori et fini accommodata; mox hanc mihi thesin statui esse probandam: **CORPUS ESSE QUASI EGREGIUM AUTOMATUM, IN QUO MIRO, ET PERFECTISSIMO ARTIFICIO OMNES AC SINGULAE PARTES ITA SINT PRAEPARATAE, ATQUE DISPOSITAE, UT OMNES MOTUS FACILI NE-**

GOTIO CONCITENTUR, CONCITATIQUE CONTINEANTUR, MODO ADSIT, QUI CONCITET, MODERETUR AC CONTINEAT; CONCITENTUR VERO ALII, QUASI SPONTE (*automatice*), quia est machina vivens, (*motus functionum animalium*); ALII VERO (*voluntarii et involuntarii sive reflexi*) AUT AD VOLUNTATIS IMPERIUM, AUT, quando scilicet *praepedito moderantis interventu machina sibi relicta omni influxui patet*, PRAETER ET CONTRA VOLUNTATEM, HOC TANTUM DISCRIMINE, UT QUI FIUNT MOTUS MODERANTIS (*animae*) IMPERIO, FIANT ORDINE AC NUMERIS CERTIS, RELIQUI SINE ORDINE¹⁾ PRORUMPANT CAECO IMPETU.

Cogitabam mihi haec fere, quemadmodum fieri novimus in instrumento musico, in quo omnes soni quasi tensi tacent, donec ludentis digitis soluti pulcherrimo concentu misceri incipient; sed, si imperita manu, aliave via caeca tanguntur, turbato ordine conclamat. Vel etiam quemadmodum fit in machinis nostris vapore actis, quae ipso motu suo ac celeritate sua admonent eum, qui gubernat, quinam aditus vaporis aperiendi, quique secludendi sint, ne praecipiti, quo non vult, cursu suo feratur.

Itaque in haec tria maxime inquirendum mihi esse intellexi, nimirum ut indicem demonstremque 1° talem esse in corpore nervorum (scilicet in quibus constat motus concitari) anatomicam dispositionem mutuamque conjunctionem ac dependentiam, et quidem intra medullae spinalis tractum, ut ea sola motuum ordo ac necessitas intelligatur; 2° constare hominem necessario corpore animali materiali, et anima spirituali intelligenti, posseque 3° animam, nihil vetante diversissima, ut putant, natura, agere in corpus, et vicissim corpus variis mutationibus suis etiam animam afficere. Candide tamen

1) i. e. sine eo ordine singulari, quem praemeditamus; sed caeco impetu ad eum ordinem universalem, qui in ipsis partibus praedispositus est.

profiteri hic non pudet, me in his meditationibus non parum adjutum at quasi directum fuisse iis, quae ante me in eadem re excogitaverat *Marshall-Hall*, licet ejus ratiociniis fallacibus, ut patet ex supra dictis, nequam potuerim assentiri, ipsoque systemate toto coelo ab eo distem. Quemadmodum enim *Marshall-Hall* opinatus erat, debere praeter nervos cerebro-spinales, sensitivos et motorios, alios etiam esse, quos vocavit *incidentes* et *reflexos*, sive *excito-motorios*, sed qui cum cerebro non conjuncti et ab animae influxu independentes, et cum reliquis nervis non cohaerentes, sed iis quasi appositi, solis motibus reflexis inserviant; sic ego intellexi debere eosdem nervos sensitivos, sive eos, qui varias suas mutationes via recta et continua ad animam intelligentem et volentem deferunt, simul aliâ aliquâ, sed hucusque ignotâ viâ, et antequam ad animae sedem pertigerint, conjungi nervis motoriis, ita ut possint varias suas commotiones, dum ad animam referuntur, etiam via sua deflectere simul in nervos motorios, praesertim si via ad cerebrum intercepta sit, atque ita in his citare eosdem motus, qui ceteroquin ab anima juberi soleant. Ideoque cogitavi de nervorum notorum alia atque alia dispositione, qua, dum nervi sensitivi et motorii non intermisso tractu cum cerebro cohaerent, etiam invicem jungantur mutationesque suas sibi (sc. sensitivi motoriis) deferre possint. Nam haec sola ratione videbatur mihi intelligi posse, quomodo, qui motus fiunt praeter voluntatem, (musculis voluntariis), iidem etiam a voluntate juberi possint, et vicissim quomodo, qui a voluntate jussi fiunt ordine et ad finem praeccogitatum appositi, possint etiam fieri absque et contra voluntatem, sed utique, non tales, et ad quem finem volumus nos;

sed sine ordine caeci, et ad quem finem ab eo qui et animam et corpus creavit et, ut jungerentur, condidit, rati ac praedispositi sunt. Nam, ut cum *Cicerone*¹⁾ dicam: »*Haud ergo, ut opinor erravero, si a principe investigandae veritatis, hujus disputationis principium duxero.*“ Id enim certum est, Deum in omni scientia esse *alpha* et *omega*, omniaque sicut a Deo fieri coepta sunt, ita etiam, ut intelligantur, a Deo incipi debere.²⁾ Non quidem quasi velim contendere, Deum semper et necessario esse primam veritatem, quae intellectu concipiatur distincte et explicite, et ex qua tanquam primo principio reliquae deducantur; neque etiam, ut aliqui volunt, in rebus philosophicis debere incipi *actu fidei*; fides enim in philosophia non valet nisi, ut praeluceat rationi in suis investigationibus, quin imo fides ipsa ratione innititur, et sine ratione fides esse nequit; credimus enim quatenus fidimus auctoritati, auctoritati autem non fidimus, nisi quatenus eam certam ac veram esse cognovimus. Sed id contendere volui, in re nulla unquam certo aliquid nos posse scire, si, uti nostris temporibus saepe magno scientiae detimento fit, incipiatur a principio, quo Deus secluditur vel contemnitur. Quidquid enim cognosci potest, omne, uti ajunt, *scientiae objectum*, vel refertur ad res hujus mundi aspectabilis, vel est Deus ipse explicite aut saltem implicite perceptus. Nimirum omnes nostrae ideae ad quatuor haec genera reduci possunt: 1º ad ideas, quas dicimus *sensuales*, quarum objectum sunt res sensibus perceptae, 2º ad

1) *De natur. Deor.* lib. II, cap. XXI.

2) *Conf. Platonem*, (*Crat.* 397 seq.) dicentem, si vera rerum nomina velimus scire, a diis esse incipiendum: Ἐφ τὸν δίκαιον ἀπὸ θεῶν ἀρχεῖσθαι, σκοτουμένων τῇ ποτὲ αὐτῷ τὰ θεραπεῖαν οὐ θεοὶ ὄφεις ἐκλήθησαν;

ideas *abstractas*, vel *genericas*, quae, utut subiectivae, habeant suam *objectivitatem* in rebus, a quibus sunt abstractae; 5° ad ideas *factilias*, *phantasticas*, quas memoriae ac phantasiae ope concipimus compositas secundum eas res, quas ante perceperamus, et quarum origo atque objectum ideo etiam necessario in iis ipsis rebus reponendum est, 4° demum eas ideas, quae omni sensuali perceptione priores et menti quasi inherentes ac connatae (non tamen ita connatae, ut sint ipsa mens, sed quae ita immediate vi ipsius rationalitatis percipiuntur, ut menti semper praesentes tanquam lumina praeluceant), sint ei lex ac regula in caeteris rebus dejudicandis, quales ideae sunt: *τοῦ ΕΣΣΕ*, (*van het zijn*) *VERI*, *BONI*, *PULCHRI*, *JUSTI*, *HONESTI*, quae omnes nullo modo sensuum ope nobis veniunt, sed quae tantum occasione alicujus sensationis magis distinctae et clarae percipiuntur. Etenim si de re praedicamus *esse*, *verum*, *pulchrum* etc., non judicamus illud *esse*, *verum*, *pulchrum* ex ipsa ea re, quum, antequam¹⁾ quid de re judice-

1) Hoc sentiens *Plato* opinatus est, animas e statu quodam priori, quo Deum immediate intuitae essent, in terram relegatas ac corporibus tanquam carcerebus inclusas, nihil addiscere, sed omnia quasi reminiscendo scire, ita ut homo omnia possit invenire, dummodo viriliter et constanter quaerat: τάλλα πάντα αὐτὸν ἀνευρεῖ ἐὰν τις ἀνδρεῖς γέχει μὴ ἀποκάμψῃ γρητῶν τὸ γάρ γητεῖν ἄρξ καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἔστιν. (*Men.* 81). In *Phaedone* (75) vero ita habet: Πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι γῆμας ὄραν καὶ ἀκονεῖν καὶ τάλλα αἰσθάνεσθαι τυχεῖν ἔδει που εἰλοφότας ἐπιστήμην αὐτοῦ τοῦ ἰστού, οὐ τι εστιν, εἰεὔλλογεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἢ τα ἐκεῖστε ἀποίσειν, διτι προθυμεῖται μεν πάντα ταῦθα εἴκειν οἷον ἐγένετο, ἔστι δέ αὐτοῦ φωλότερα. Ἀνάγκη εἰκ τῶν προειρημένων, ὡς Σάκρατες. Οὐκοῦ γενί-
μενοι εὐθὺς ἐμρῷμέν τε καὶ γένονται καὶ τὰς ἀλλιας αἰσθήσεις εἰχομεν; πάνυ γε.
Ἐδει δέ γε, φασίκε, πρὸ τούτων τὴν τοῦ ἰστού ἐπιστήμην εἰληφέναι. Να. Πάν
γενέσθαι ἄρξ, ὡς ἐσκειν, ἀνάγκη γῆμιν αὐτὴν πρὸ τοῦ γενέσθαι εκροτεῖσθαι
γένομεντα καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι σύ μόνον τὸ ἰστον

mus aut praedicemus, id scire necesse sit, atque igitur etiam antequam praedicemus, *τὸ εἶναι, pulchrum, verum*, necesse sit, scire aliquo modo, quid sit *εἶναι, verum pulchrum*. Jam vero objectum quarti hujus generis idearum est ipsum *absolutum εἶναι Dei, verissimi, pulcherrimi, justissimi*. Objectum enim illud est *ESSE plenissimum perfectissimum, nullis limitibus finitum*, est *immutabile, est aeternum, est unum*.

Est plenissimum et perfectissimum, quia quā norma, secundum quam omnia, quae sunt, jūdicantur, dēbet necessario etiam omnia continere¹⁾; est nullis limitibus finitum, quia, si esset finitum, posset saltem aliquid cogitari, quod non secundum hanc normam possit judicari; est immutabile, quia quā infinitum, est etiam simpliciter seu sine accidente; si autem est simpliciter, est etiam immutabile, quia quae mutantur, tantum in accidentibus suis mutari possunt; est aeter-

καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλεγτον, ἄλλα καὶ ἔμπαντα τὰ τοιῶτα· οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἰσού τὴν ὁ λόγος ἡμῖν μᾶλλον τι οὐ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλλοῦ καὶ δικαιοῦ καὶ ὀστοῦ καὶ, διπέρ λέγω, περὶ ἀπάντων, οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο έχοτιν, καὶ εἰ ταῖς ἐρωτήσεσιν ἐρωτῶντες καὶ εἰ ταῖς ἀποκρίσεσιν ἀποκρινόμενοι, ὥστε ἀναγκαῖον ἡμῖν εἶναι, τούτων ἀπάντησις τὰς ἐπιτήμιας πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰληφέναι.

1) Caveat autem quis hoc ita intelligat, quasi velim dicere, omnia quae in hoc mundo videntur, esse Deum; pantheistarum enim ista sunt somnia. — Res quidem istae, quatenus sunt materiales, mutabiles et finitae, seu, uti philosophi dicunt, *formaliter*, non sunt Deus, nec in Deo continentur; sed continentur *essentialiter*. Essentialiae enim rerum sunt ideae rerum et hae ideae, seu *idealitia* quae vocant, sunt in intellectu divino. Porro sicut id, quod est in rebus materiale, finitum et mutabile, non est positivum quid, seu perfectio; sed negativum et ulterioris perfectionis negatio, sic neque in Deo id potest esse. — Sed indicare haec tantum potui pro scopo et angustis limitibus hujus dissertationis; alio loco tractare copiosius et invictè probare conabor, quum has philosophicas quaestiones ex instituto disputare licet.

num, quia si non esset aeternum, esset vel ex alio ortum vel ab alio factum; quod autem factum est aucto-
rūm ex alio, id eo ipso non est plenissimum et perfec-
tissimum, neque infinitum; — est demum *unum*, quia
quod *est*, id etiam *verum*, id *bonum*, id *pulchrum*, id
honestum, id *justum* est¹⁾. Igitur etiam objectivitas harum
hujus quarti generis idearum in ipso *esse* Dei repo-
nenda est, qui Deus, utique *Deus absconditus*, in istis
ideis quasi forma atque imagine intelligibili rationali-
menti nostrae est semper praesentissimus, sive, ut su-
pra dixi, objectum harum idearum est Deus Ipse saltem
implicite perceptus²⁾.

Neque enim quis putet istas ideas esse ideas gene-
ricas. Ideae enim genericae sunt ideae *abstractae*, quae,
antequam potuerint abstrahi, debuerunt cognosci in
individuis, et in individuis judicari praedicarique se-
cundum normam praelucentem.

Jam idem hoc argumentum, quod valuit in quarto

1) Mox, quum ad haec eadem paullo inferius redeundum erit,
distinctius indicare hanc unitatem conabor.

2) Referre hic juvat, quae disputavit de Bonald in «Recherches phi-
losophiques.» Chap. 10: «Ainsi je ne saurais assez le répéter, nous pen-
sons l'être de Dieu dans les idées générales, même lorsque nous ne
pensons pas à son existence, ou même que nous le nions par nos
idées particulières. Nous l'affirmons dans une langage, en même
temps que nous le nions dans une autre; nous pensons par *Lui*,
même lorsque nous ne pensons pas à *Lui*; c'est la lumière, que
nous ne voyons pas et par laquelle nous voyons tous les objets;
c'est la vie, que nous ne sentons pas et qui fait que nous sentons.
Il est le Dieu caché, comme *Il* s'appelle lui-même: «*Deus abscon-*
ditus: caché dans le monde intellectuel, sous le nom de vérité;
caché dans le monde physique sous le nom de *Cause*; caché dans
le monde moral ou social sous le nom de *Pouvoir*; caché même au
fond de nos coeurs dans l'imensité de nos désirs et le vague de
nos espérances. En *Lui* nous vivons, puisqu'*Il* est le père de la
vie; en *Lui* nous nous mouvons, puisqu'*Il* est la source de l'être;
In Ipsi vivimus, movemur, et sumus.»

hoc genere idearum nostrarum, etiam valet in primo, secundo et tertio genere idearum, quarum objectivitatem ostendi esse in rebus sensibilibus hujus mundi aspecabilis. Sed non utique eo sensu, quo res hae mundanae in doctrina pantheistica, (sive pantheismus iste sit realis, sive idealis) docentur esse ipsam Dei substantiam; vel uti nuperrime professor *M. des Amorie v. d. Hoeven* in suis declamationibus »de historia Philosophiae» (puta suae) in *FELIX MERITIS* Amstelodami habitis dixit: »*de buitenkant van de Godheid*»; sed eo sensu, ut ostendatur, etiam de his rebus mundanis, finitis, sensibus obviis nihil posse scientifice disputari, quod sanae menti conveniat, nisi eo lumine illustrantur, quo, quemadmodum lumine physico oculis nostris fiunt spectabiles, sic menti fiunt intelligibiles; aut nisi eo utamur principio, eoque alphabeto, in quo Deus est A et Ω.

Etenim omnes illae ideae, et *sensuales*, et *abstractae*, et *fictitiae sive phantasticae* sunt ideae *negativae*, i. e. tales, quae negationem aliquam includant. Nam omnes istae res sunt finitae ac limitibus circumscriptae, ideoque etiam earum conceptus necessario sunt finiti, negativi, i. e. quamquam concipiuntur *entes, verae, pulchrae*, tamen concipiuntur tamquam tales, in quibus non sit *omne esse, omne verum, omne pulchrum*¹);

1) Eodem fere modo ratiocinatur *Cl. A. M.* in opere: »*De la perfectibilité humaine*,» liv. I. Chap. 8: »Tout, au dedans et dehors de «nous-mêmes, rappelle notre intelligence à Dieu, dès qu'elle veut «réfléchir dans le silence des passions. Elle découvre partout l'imperfection, c'est-à-dire, une sorte d'alliage d'être et de néant..... Elle «verra que, si elle juge les créatures imparfaites, c'est qu'elle a l'idée «du parfait; car l'idée du moins suppose la connaissance du plus. Réfléchissant ensuite à l'amour qu'excite en elle la présence du bien, «elle réglera cet amour sur le degré d'être qu'elle observera dans

sed quae sint tantum verae, pulchrae sub quodam respectu et formâ finitâ. Jam vero omnis negatio necessario etiam supponit notionem ejus, cuius est negatio; nam negare id, quod non cognoscitur, fatuum est. Ergo ideae, seu conceptus rerum hujus mundi adspectabilis, quos, judicamus *entes, veras, bonas, pulchras* necessario supponunt ad id ipsum judicium formandum, aliud esse, aliud, *verum, bonum, pulchrum*, quod finitum ac limitatum non sit, sed quod sit *absolutum* et *infinatum*, cujusque notio rationi nostrae praesentissima sit ei quasi typus et norma¹⁾ et lumen, ut reliqua finita ac relativa dijudicemus.

Haec jam quoad ipsas ideas et cognitiones nostras universim. Verum enim vero scientiae quum sit rerum investigare causas, etiam, ut de rebus scientificis disputemus, necesse videtur inquirere, res ipsae unde sint, quid sint, et cur sint. Quapropter etiam id semper sategerunt omnes omnium temporum atque aetatum philosophi, ut inquirerent in originem, naturam et leges hujus mundi. Sed in quasnam insanias abierint saepcisti, quibusque fallaciis decepti fuerint, nemo, qui eorum libros legit, ignorat; ita ut recte quidem Cicero²⁾:

“chaque chose. Elle aimera toutes les créatures, puisque toutes renferment quelque bien; mais elle aimera le Créateur par-dessus tout, parce que seul il possède plus de perfection que tout l'univers; et pour que les affections du cœur soient parfaitement en harmonie avec les vues de l'esprit, elle n'aimera tout qu'en Dieu et que pour Dieu, puisque tout n'existe que par Lui, en Lui et pour Lui.”

1) Praeclare ad hanc rem Plato (*Phaedo* 76): Εἰ μὲν ἔστιν ἡ Θεότητος αἱ, καὶ λόγῳ τε καὶ ἀγαθὸν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη οὐσία, καὶ ἐπὶ ταῦτη τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα ἀναφέρομεν, ὑπάρχουσαν πρότερον ἀνεργίσκοντες ημετέραν οὐσίαν, καὶ ταῦτα ἐκείνη ἐπεικάζομεν, ἀναγκαῖον, οὕτως ὥσπερ καὶ τῶτα ἔστιν.

2) *De divinat*, lib. II.

»*Nescio, inquit, quomodo nihil tam absurde dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum*», et sapienter vel ipse Bayle¹⁾, pietate sua sane minime suspectus: »*Il faut, pour bien raisonner sur la production, considérer Dieu comme l'auteur de la matière et comme le premier et le seul principe du mouvement. Si l'on ne peut pas s'élever jusqu'à l'idée d'une création proprement dite, on ne saurait éviter tous les écueils, et il faut, de quelque côté qu'on se tourne, débiter dès choses, dont notre raison ne saurait s'accommoder.*”

Itaque respondendo aliquibus quaestionibus, quibus ipse me interrogaveram, conatus sum quasi inductione demonstrare, nos per res mundanas necessario debere ascendere ad Deum creatorem, utpote verum earum principium ac finem.

Propterea autem maxime has philosophicas quaestiones hic movere statui, quod, inventa et scientifice comprobata vera rerum origine, sperabam fore, ut aliquid luminis affulgeat, quo facilius perspicere possumus, quid simus ipsi nos et corpus nostrum, et quae moventur in eo, qua ratione moveantur.

Nam et corpus humanum inter eas res est, quarum origo et natura et finis quaeritur, et quemadmodum universum hoc Graeci *κύριον seu μαρτυρόσμον*, ob pulchritudinis ordinem, sic hominem *μαρτυρόσμον* saepe dixerunt. Jam vero facilius artificii hujus conditionem ac structuram posse perspici putabam, si primum innotuerat, quis et qualis sit ejus artifex, et quid sibi voluerit artifex isto suo artificio. Itaque, ut universale sit argumentum, quaerere hic statui, non de corpore tantum

1) *Diction historique et critique*: Art. Ovid.

nostro, sed de omnibus universim corporibus, quibus constituitur mundus hic aspectabilis, *quid, unde et quare* sint, ut sic quasi sponte et solo rationis lumine ad corporis et animae cognitionem, ad utriusque originem, finem atque unionem inducamur, quantum scilicet pro scopo hujus dissertationis necessarium esse videbitur.

I. Quaestio :

UNDE, EST HIC MUNDUS (*Μακρόκοσμος*)?

Quaestio unde hic mundus (ac proinde etiam homo et genus humanum), ortus sit, multum semper a philosophis agitata est; alii vero in alias sententias abierunt et aberraverunt semper veteres, abeunt et aberrant etiamnum nostrates, sectantes et imitantes et renovantes illa, quae vel antiquitas ipsa obsoleta et absurdula refutaverat dudum et rejecerat, systemata. At quid mirum, quod homines absurdissima quaeque pro veris amplectantur, umbramque pro lumine diligent; si, ipsa sana sua mente ac praesertim Deo sapientissimo sapientiores sibi visi, quaerant non sapientiam, sed suam ipsorum stultitiam, non quae vera, sed quae commoda sibi visa fuerint, sectentur?

Omnes vero isti errores atque absurditates, utut immutati ultimis hisce saeculis ac renovati paucis comprehenduntur nominibus: *Fatalismo, Casualismo*¹⁾, et

1) Contra eos, qui omnia casu fortuito orta esse velint, ita disserit Cicero (*de Nat. Deor.* lib. II, Cap. XXXVII): «*Hic ego non mirer quemquam, qui sibi persuadeat, corpora quaedam solida atque individua vi et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimet fieri potuisse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti for-*

Pantheismo¹⁾). Non vacabo singulis hisce refellendis,

mae litterarum vel aureae, vel quales libet, aliquo conjiciantur, posse ex his in terram excussis annales ENNII, ut deinceps legi possint, effici; quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum valere fortuna. Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non qualite aliqua, quam πούτητα Graeci vocant, non sensu praeditis, sed concurrentibus temere atque casu, mundum esse perfectum? vel innumerebiles potius in omni puncto temporis alias nasci, alias interire? Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quae sunt minus operosa et multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem coeli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur".... et (ad finem Cap. XLIV.) "Haec omnis descriptio siderum atque hic tantus coeli ornatus ex corporibus, huc et illuc CASU ET TEMERE cursantibus, potuisse effici, cuiquam sano videri potest? An vero alia quae natura, mentis et rationis expers, haec efficere potuit, quae non modo UT FIERENT, RATIONE EGUERUNT, SED INTELLIGI, QUALIA SINT, SINE SUMMA RATIONE NON POSSUNT."

Refiri etiam hic merentur, quae narrat *D. Flotte* (*Leçons de phil.*) Scilicet quum plures simul ex impiis ultimi saeculi (quos diceret *Ciceron philosophos plebejos*) ad epulas accubuisserunt multaque in laudem Atheismi effutiissent, demum *Diderot* rogavit, ut etiam *Deo* causa diceretur. *Electus Galiani* graviter residens ita exorsus est: «Un jour, à Naples, un homme prit devant nous, six dés dans un cornet et paria d'amener rafle de six. Il l'amena du premier coup. Je dis: cette chance était possible. Il l'amena une seconde fois; je dis la même chose. Il remit les dés dans le cornet, trois, quatre, cinq fois, et toujours rafle de six. Sangue di Baco! m'écriai-je, les dés sont pipés; et ils l'étaient.

»Philosophes, quand je considère l'ordre toujours renaisant de la nature, ses lois immuables, ses révolutions toujours constantes dans une infinie variété, cette chance unique et conservatrice d'un monde tel que nous le voyons, qui revient sans cesse, malgré cent autres millions de chances de perturbation et de destruction possibles, je m'écrie: CERTES, LA NATURE EST PIPÉE!»

1) Contra Pantheistas invehitur vel ipse Bayle (*Dict. hist. et critiq. art. Spinosa*): «Voila une hypothèse qui surpasse l'entassement de toutes les extravagances, qui puissent se dire. Ce que les poëtes païens ont osé chanter de plus infâme contre Jupiter et contre Vénus, n'approche point de l'idée horrible, que Spinosa (et cum hoc reliqua Pantheistarum turba), nous donne de Dieu; car au moins les poëtes n'attribuaient point aux dieux tous les crimes, qui se commettent, et toutes les infirmités du monde; mais selon Spinosa, il n'y a point d'autre agent et d'autre patient que Dieu par rapport à tout ce qu'on nomme mal de peine et mal de coulpe, mal physique et mal moral.»

sed ut omnes, quotquot fuerunt aliquando et *mundi aeterni* et *mundi divini* adoratores impii ac pessimi, uno simul feriantur ictu unoque argumento convincantur, *creatum esse hunc mundum a Deo*, ita liceat ratiocinari: mundus hic universus est vel *realis*, i. e. vere existit, vel est tantum *idealis*, i. e. mera repraesentatio mentis nostrae, quemadmodum deliraverunt J. Th. Fichte et asseclae ejus, quos propterea Ichler germanice rident, et quos non immerito Jean Paul Richter¹⁾ dixit: capita negativa »negative Köpfe.“ Jam vero sive res hujus mundi *reales* dicantur, sive *ideales*, id tamen semper utrimque verum est, manifestari in iis aliquid sciendum. Atqui omnis manifestatio tria haec necessario

1) (Briefe und bevorstehender Lebenslauf.) »Alles Unerklärliche leiden sie nicht neftertals einmal, nemlich oben am Systeme als Hacken, woran sie die Schlüsselketten festmachen. Ein Gegenstand ist ihnen, wie den Norwegischen Feldmäusen ein Gräuel, weil er sie und die Mäuse im geraden Wege aufhält. Sie machen es daher so: sie ersinnen ein geräumiges, hinten und vornen offenes Wort, in das Alles geht, und darein stecken sie Alles.... Das ist die philosophische FUGA PLENI.... Ohne etwas im Kopfe zu haben, als das geistige Wesen darin, setzen sie sich hin und befruchten sich, wie Seehasen, selber, und geben dann das Lexikon ihres Inneren der Welt, gleich Glaskugeln, die sich, leicht gerieben, mit einem schönen, inneren Lichte anfüllen, wenn sie luftleer sind.“ — Quam autem futilia et absurdia ista sint inter alios argute demonstrat auctor ingeniosus M. Maugras: »On doit, ait, réputer extravagante toute hypothèse (ecquid enim aliud ista commenta sunt?), qui ferait passer pour insensé quiconque voudrait la prendre pour règle dans ses discours. En effet, un monde de simulacres constants exige les mêmes procédés, les mêmes précautions qu'un monde de réalités; et n'aurions-nous qu'une apparence d'estomac, une apparence de faim, il n'en faudrait pas moins nous donner une apparence de mouvement pour manger une apparence de pain. Si une apparence de brigand a paru tuer une apparence de voyageur pour lui enlever une apparence de bourse; il n'en faut pas moins qu'une apparence de gendarmerie paraisse se mettre à la poursuite de l'apparence assassine, pour paraître l'amener devant des apparences de juges qui, après avoir paru entendre des apparences de témoins, paraîtront livrer l'apparence criminelle aux mains d'une apparence de bourreau.“

supponit: id, quod manifestat, id, quod manifestatur, et denique id, cui manifestatur; manifestare est enim praebere intelligendum. Quis autem tam hebes est, qui non videat id esse intelligentis? Etenim manifestare, praebere intelligendum, est etiam velle intelligi, velle vero intelligi est intendere finem, et intendere finem id esse intelligentis, quis negare audebit, nisi fatuus ac stultus haberit maluerit. Porro res hujus universi: seu *ideae* et *apparentiae*, quas machinantur isti *Ichler*, non ipsae sese manifestant aut præbent intelligendas; quid enim tam absurde dici posset, quam lapides et arbores, montes terramque universam velle aut intelligere, quae velint? Aut quis, si statuam, aut domum, aut urbem conspexerit, cogitare incipiet, ipsum marmor elegisse et voluisse sibi istam speciem, aut lapides, et ligna, et metalla quasi inito consilio conspirasse, ut fiant domus aut urbs? Neque vero existimet quis, ipse ce creatorem ac deum reputans, creari ac poni ista omnia a suo *Ego*. Existimare enim id non poterit, nisi caecum et rationis expertem confiteri se maluerit; rationis enim est praevidere, quae volumus, non agitari caeco impetu; atqui tamen confitendum est vel fortissimis istis diis, quum domum aut urbem aut montem conspiciunt, se apertis et conversis oculis non posse non videre istam domum aut urbem aut montem, nec quum asinus eis obviam factus est, asinum hunc facere philosophum. Aut quid est, cur si quis talis philosophaster forte in via obvius factus est asino, non possit non hunc asinum et non aliud quid videre? An quia revera videt asinum, an quia infelice hora non potest ipse se non asinum videre, aut cogitare? Ergo necesse est, confiteri se creare, quum tamen

non creent et non velint creare, agere et tamen nescire, quae agant, quod profecto non sapientis est, sed rationis expertis.

Verum non solum intelligentis est manifestasse, seu praebuisse intelligenda ista omnia, sed *summe intelligentis*, (*Dei*), licet enim *finita* sint ista, quae cernimus, universa, »non modo, ut fierent, eguerunt ratione», sed ut fierent et intelligenda praebererentur, *infinita* eguerunt ratione. Id ipsum jam Tullius vidit, quum (*de Nat. deor. lib. II. cap. XXXVIII*) scripsit: »*Quis enim hunc hominem dixerit, qui quum tam certos coeli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se connexa et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem eaque casu fieri dicat, quae tanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? An cum machinatione quadam moveri aliquid videmus, ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta, non dubitamus, quin illa opera sint RATIONIS: quum autem impetum coeli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus, constantissime confidentem vicissitudines anniversarias, cum summa salute et conservatione rerum omnium: dubitamus, quin ea NON SOLUM RATIONE FIANT, SED ETIAM EXCELLENTI, DIVINAQUE RATIONE?*”

Nam pulcherrimae leges¹⁾ et admirabilis ordo, in illis

1) Neque dicat atheus quis magno verbo, ut assolent, »Naturam» esse auctricem harum rerum; »quasi, uti ait Cl. Fr. Rothenflue (*Institutiones phil. theor. T. II*, p. 274) quem aliquando audivi praceptorum, »quasi quaestio esset, unde immediate effectus et hinc ordo mundi nascatur. Porro facile concedimus effectus et ordinem mundi immediate a natura, i. e. a collectione virium activarum et passivarum, quae sunt in rebus mundi, oriiri; ast quaestio non est, unde immediate hi effectus orientur; sed quaestio est, quis ordinaverit has vires, quis statuerit has leges, juxta quas agunt, ut hi potius, quam alii effectus orientur, uno verbo, quis, si ita loqui fas sit, NATURAM NATURAVERIT.”

cirnitur, ut, qui ea praebuit intelligenda, etiam posuerit ordine, non aliunde jam ordinatas acceperit, (secus enim eadem continuo quaestio urgeret) sed ipse *creaverit*.

Sic est enim existimandum: Qui ea manifestavit non manifestata sibi prius, et qui ea ordine posuit non ordinata, nec ordinanda ab alio¹⁾ accepta, is profecto dicendus est independentissimus, sibique solus sufficien-
tissimus, is ordinem novit ipse, non ab alio didicit, is ipse sibi ordo, ipse sibi lex est; atqui qui ipse sibi est ordo ac lex, is est infinite sapiens. Sapientis enim est agere ordine et lege, infinite sapientis *non posse* *non* agere ordine et lege, quia agere, vel posse agere sine ordine et ratione imperfectum est. *Ergo Deus perfectissimus, infinite intelligens ac potens creavit hunc mundum et praebuit intelligendum.*

Posset hic ultra jam quaeri, *quandonam* Deus creaverit, et *quo loco* mundum collocare potuerit. Nam quum Deus *infinitus* sit, putant, nequissime ponere intra se, neque extra se, quia non erat locus! At impii isti ac hebetes non vident, Deum non esse *infinitum*

1) Fuerunt enim et sunt etiamnum, quod utique pudendum est confiteri, qui ratione se uti arbitrantur, dum rationi quam maxime pugnantia delirant, opinantes, fuisse saltem aeternam aliquam materiam, quam ὕλη graeci dixerunt. Quod enim aeternum fuerat, cur id etiam aeternum persistere nequit, quum tamen quotidie mutari, labefactari ac pessumdari videamus? Attamen innituntur chemicis inventis, dicentes non quidem materiam, sed materiae elementa simplicia esse aeterna. Sint aeterna ista, i. e. nunquam delenda aut interitura, nihil oppugno; sed fuisse etiam aeterna, id omnem cogitandi vim superat. Si enim aeternum fuissent sejuncta, quae vis et unde prorumpens, ut jungerentur, coegit? Deinde vero etiam hoc pugnat, quod, quae dicuntur fuisse aeternum, ac propterea vi ac virtute sua sola existere independentia, jam mutata natura, cogantur existere non solum ab infinita, sed etiam a finita ratione hominis, chemici, unita, vel dissoluta, bina, terna, vel quaterna; quo quid magis absonum esse potest? Esse aeterna et tamen mutata, independentia et tamen coacta!

extensive, quia haberet, quod nequit, partes *numero infinitas*; sed esse *infinitum intensive*. Qum tamen haec ad propositum meum minus facere videantur, alias his responderi poterit. Nunc sufficit respondisse, unde sit hic mundus, seu quis sit is, qui hunc mundum manifestavit. Urget alia quaestio: *quid aut cur* sit hic mundus, seu quid sit id, quod manifestatur.

III. Quaestio:

QUID EST HIC MUNDUS, SEU OB QUEM ET AD QUEM
FINEM CREATUS?

Qum finis rei sit etiam ipsa essentia¹⁾ rei, quaestioni: »*quid sit hic mundus*“ simul etiam respondebitur respondendo quaestioni: »*cur sit*“, finem enim suum assequi non valebit quidquam, nisi sit id, quod esse debet. Quaerendum est igitur et respondendum, quid, qum *Deus* omnipotens ac sapientissimus creavit hunc mundum et manifestavit, quid, inquam, Deus manifestando voluerit manifestare, seu quid praebendo hunc mundum intelligendum, voluerit intelligi, *verbo quis*

1) Supra (pag. 43. not.) dixi, *essentiam rei esse ideam rei*; quomodo, quaerat fortasse aliquis, haec concilianda sunt? Respondeo: *finis* enim rei est id, *cur res est*; essentia rei, id, quo res est, *quod esse debet*; *idea rei* id, quod necessario in re *inesse cogitari debet*, ut sit id, *quod esse debet*. Jam vero haec tria: *id cur est*, *id, quod esse debet* et *id quod inesse debet*, quisque facile videt esse aequalia, ita ut ergo etiam permiscue eis uti liceat. — Exemplo etiam facile id nobis persuasum habebimus, si vel ad eas ipsas res, quae hominum manu factae sunt, animum advertimus. Sic horologii essentiam nemo sane dixerit reponendam esse in argento vel auro vel aere, quo factum est, sed in eo, quod ita sit coaptatum ac constructum, ut possit indicare horas.

*fuerit ac sit finis*¹⁾ *Creationis.* Porro finis creationis distinguitur duplex, alias quidem, propter quem creavit Deus, quemque dicimus *finem operantis*, alias, qui rebus creatis attingendus a Creatore propositus est, quemque dicimus *finem operis.* Jam vero quonam bono allектus, vel quanam necessitate coactus Deus potest dici aliquando statuisse, ut crearet, quum aeternum sit solus sibi sufficientissimus, nihil egens, perfectissimus? Absonum est id dicere, ipsamque ideam Dei mutare ac negare. Ergo Deus tanquam *finem operantis* non potuit velle nisi *Semetipsum*, i. e. infinitas suas perfectiones: *Sanctitatem, bonitatem absolutam, Sapientiam, Majestatem infinitam.* Has voluit ergo Deus manifestare²⁾, has praebere intelligendas; hunc ergo etiam

1) Jis enim, qui fortassis hic mihi velint opponere: esse temere praesumentis, quin imo esse blasphemum, velle scrutari consilia Dei, lubens quidem concedo, esse temere praesumentis velle scrutari omnia consilia Dei, id enim esset, finita ratione velle intelligere, quae non nisi infinita ratione comprehenduntur; non vero esse etiam temere praesumentis velle intelligere, quae Deus ipse intelligenda manifestavit, et inquirere, quid simus ipsi et ad quem finem creati. Blasphemum et impium est dicere de Deo, quod Deus non est, et quod Deus non vult, non vero dicere, id, quod Deus est, et quod vult.

2) Summi sane momenti duco, ut haec rite et justo suo sensu intelligantur ac praeprimis ne confundar cum pantheistis. Dicens enim, Deum nihil velle nisi Semetipsum, ac nihil velle aut posse manifestare, nisi suas perfectiones, propterea tamen non ita volui dicere, quasi Deus creans *Semetipsum creat*, seu quasi ea quae creata sunt, *ipsae sint Dei perfectiones creatae*; quo enim quid rationi magis oppositum posset excogitari? (et tamen pantheistas non pudet talia effutire). *Esset enim Deus quia creat, et tamen non esset, quia nondum creatus; esset perfectissimus et tamen nondum perfectus. Sed id voluntum contendere, *Deum omnia propter Semetipsum tantum voluisse ac potuisse creare*, et quum voluit creare, creando manifestasse *in rebus creatis* suas perfectiones ita ut res creatae eas indicent. Quod vero quis non videt, quis non miratur, quis negat? Quin imo negatur et negantes vel maxime confiteri coguntur, dum negantes Deum Creatorem, res creatas *divinas*, et ipsas Deum dixerunt. Proh miseros ac

finem rebus a se creatis, ceu *finem operis*, quum sit artifex sapientissimus, voluit, et, quum sit Deus Sanc-tissimus, non potuit non statuere, nimirum ut sint tales res creatae, ex quibus infinitae suae perfectiones possint, quasi imagine cognosci; uti admonuit jam magnus Apostolus *Paulus* scribens ad Romanos (cap. 1, 20):
 Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ (τοῦ θεοῦ) ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς παιμανοῖς νοούμενα κατορᾶται, ἡ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης....

Hinc ille ordo, hinc illae leges, hinc amoenitates illae ac voluptates; hinc immensa (finita tamen) spatia, tot orbes, tot soles, tot planetarum, errantiumque stellarum cursus, hinc maxima illa, hinc minima non minus miranda ac stupenda, hinc tam multa tamque varia et tamen intimis nexibus atque affinitatibus in pulcherrimum concentum disposita atque unita. »Quae, ut ait laudatus *Tullius*, si singula forte non movent, universa certe tamen inter se connexa atque conjuncta movere debebunt.”

Aveo igitur concludendum: CREATUM ESSE HUNC MUNDUM A DEO AD SUAM IPSIUS GLORIAM; MUNDUM VERO IPSUM, UTUT FINITUM¹⁾ ET DIVERSISSIMAE A DEO NATURAE, POSITUM ESSE

hebetes! quibus tamen condolendum potius quam irascendum. Nam: „Video meliora, proboque, deteriora sequor” (Ovid. metam. lib. 7, v. 19 et 20).

1) Quaeri hic posset, cur res hujus mundi finitae sint, quum tamen Dei perfectiones (utpote Ipse Deus) non nisi infinitae cogitar et esse queant; seu cur Deus perfectissimus et omnipotens, non tamen potuerit creare, quemadmodum *Leibnitzius* voluit, mundum perfectissimum, perfectione absoluta, infinitum. Ratio haec est: nempe quia Deus non potuit creare ipsas suas perfectiones, utpote quae sunt aeternae, seu quia Deus non potuit *Ipsum Se* ponere intelligendum, utpote qui, antequam se poneret, *EST* aeternus; sed quia tamen non potuit praebere intelligendum aliud quam *Semetipsum* (suas perfectiones) potuit tantum quasi in imagine ponere intelligendas suas per-

QUASI SPECTACULUM, QUO INFINITAE DEI PERFECTIONES MANIFESTATAE COGNOSCANTUR.

III. Quaestio:

AN NECESSARIUM ERAT, CREATO MUNDO CREARI ANIMAM?

Restat tertium, ut ostendam, cujusnam causa tantarum rerum molitus facta sit; respondendum enim erat: *quid* manifestet, deinde *quid* manifestetur, et demum *cui* manifestetur.

Igitur quia creando Deus nihil aliud potuit velle, nisi gloriam suam, i. e. perfectiones suas, prout sunt creatione imitabiles, neque eam ipsam ob causam potuit non proponere rebus a se creatis, ut sint quaedam perfectionum suarum simulacra finita; etiam sanctitatis

fectiones. Quum vero ea, quae posita sunt, eo ipso etiam coepta sint, et quae coepta ea etiam finita sint, sequitur, Deum creando non potuisse creare mundum infinitum, sed finitum, perfectum quidem, sed perfectum tantum *fine suo* i. e. *relative perfectum*. Addi his et, quae pap. 44 et 54 jam adnotata sunt, etiam haec possunt: essentiae quidem rerum sunt ideae rerum, et ideae hae sunt ipsae ideae Dei, quatenus imagine possunt repraesentari; jam vero repraesentari nihil potest, ne Dei quidem perfectiones, nisi similitudine quadam; quum autem similitudo non possit fieri, nisi formâ modoque, et forma modusque non possit esse, nisi in re finita, necesse est, ut id, quod creatum est, sit finitum. Exemplo id illustrari potest. Si quis librum scripsit, liber iste erit seu in libro isto repraesentabitur idea auctoris, eritque ergo liber *essentialiter* id, quod est in auctore; sed quia liber nequit scribi sine aliquâ saltem formâ, forma in libro erit, non quia est etiam in auctore, sed quia sine forma omnino scribi nequit. Sed inter Deum creantem et hominem scribentem aut fabricantem id interest discrimen, quod homo quidem nihil potest repraesentare, nisi in re, quae jam erat; Deus autem id ipsum etiam faciat esse, in quo repraesentat. Etenim pugnat quidem Deum facere *ex nihilo aliquid*, sed non pugnat Deum facere, ut, *ubi nihil est, aliquid fiat*.

et veritatis suae necessitate non potuit non velle, ut haec, quid et cur sint, intelligantur.

Triplex hic conceditur optio: vel enim Deus ipse se sibi manifestavit, vel in mundo se mundo manifestavit, vel demum necesse fuit, esse adhuc aliud quid ratione praeditum, quod ea, quae manifestata erant, cognosceret. Verum enim vero non primum dici potest; nam manifestaret sibi, quod jamjam manifestum sibi erat; neque alterum, nam mundi hujus lapides, ac montes, ac maria, et quae in intimis terrae visceribus abscondita reperiuntur metalla, et quae in eo, qui omnia cingit et coercit, coeli complexu, aethere cursus ordine quaeque suo definiunt igneae formae, non sentiunt, non cogitant, non cognoscunt quidquam. Sunt enim omnia ista extensa, composita partibus; atqui quae constant partibus, ea sentire, judicare, cognoscere nequeunt, quum ad haec requiratur unitas conscientiae, quae unitas non nisi in uno concio potest esse.

Deinde vero etiam propterea neganda est his rebus ratio, quod ratio sese prodit vel maxime eà vi, quam dicimus spontaneitatem; cogitamus enim non tantum de iis, quae videmus ac sentimus, sed etiam de iis quae non videmus, nec vidimus usquam, non tantum, quae praesentia, sed etiam quae remotissima, temporibus ac locis dissita sunt, cogitatione apprehendimus; non tantum quae sensuum ministerio suppeditantur, sed quae ipsi volumus atque eligimus haec cogitamus. Jam vero ista vis *non inest* et *non potest inesse* rebus extensis et compositis. *Non inest*, quia non quā formā et quo motu volunt, sunt et moventur ipsae, sed quā formā aliena vi formantur atque agitantur, ita formari et moveri coguntur *inertes*. *Non potest inesse*, quia

antequam toti posset inesse, deberet inesse singulis partibus, et etiam si singulus partibus inesset, non posset tamen agere in toto; nam singulae deberent velle idem; si autem *deberent* jam non *vellent*, ita ut antequam in toto posset agere, in singulis necesse esset destrui, aut coarctari; si autem in singulis destruitur aut coarctatur, quomodo in toto poterit esse integra, aut libera? Quare fit, ut ipsi impii materialistae, dum de his rebus agitur, fateri cogantur, se nihil intelligere. *Je pense, ait Voltarius, (Lettres philos.), je pense et je suis corps, je n'en sais pas davantage*". Hinc etiam factum est, ut *Leibnitzius*, in monadologia sua, (quae sane praecellentis hujus viri opus futilissimum⁴⁾ est,) quum monades omnes, sive materiales illae sive spirituales sint, ejusdem esse naturae assumpsisset, eam vim dixerit in saxis esse consopitam, in bestiis somniantem, sed in homine vigilantem.

Ex his quae dicta sunt hactenus, intelligitur etiam, quid respondendum sit iis, qui velint contendere corpus et animam esse **UNUM**, seu animam esse tantum **modum** corporis. Hujus enim sententiae videtur etiam fuisse aestumatissimus ceteroquin professor noster *G. E. V. Schneervoogt*, quum in sua oratione inaugulari: »*De physiologische EENHEID van ligchaam en ziel*»

1) Per totum enim istud opus radicalis et universalis hic error est, quo putavit omnes *monades* (elementa) materiae, ejusdem esse naturae et generis, ac monadem animae. At elementa quidem materiae, etsi simplicia sint, atque igitur simplicitate sua conveniant cum anima *simplici*, differunt tamen et non conveniunt aliâ qualitate. Nam elementa materiae *essentialiter* sunt *inertia*, quia quae *essentialiter* conveniunt toti, (materiae *inerti*), conveniunt etiam singulis partibus. Anima vero est *essentialiter simplex* et *activa*, spontanea.

(16^a Junii 1851, p. 22) diceret: »Moge dan ook al de natuurkundige de woorden kracht, levenskracht, ziel niet geheel en al kunnen missen, toch zal hij hun gebruik zoooveel mogelijk beperken. Bezigt hij ze evenwel in de beteekenis van absoluut zelfstandige wezens, die het bewegend element of liever de bewegende idee uitmaken van eene reeks van verschijnselen, dan M. H., laat ons het rondborstig bekennen, zijn die woorden voor hem slechts de onbekende α ; dan zien wij in elk hunner slechts den terminus technicus onzer onwetendheid. (?) — Moge de theologie en het geloof dan ook al behoeft hebben aan de voorstelling van eene zelfstandige ziel; op het gebied van den natuurkundige zij die ziel niets anders dan het PRODUCT OF, wil men de coëfficient van verscheidene met meerdere of mindere naauwkeurigheid gekende factoren. Wat hij onder dat woord te verstaan hebbe, kan EENIGLIJK EEN PHAENOMENOLOGISCH BEGRIP, EENE COLLEKTIEF-UITDRUKKING ZIJN voor eene reeks van verschijnselen die in zijn bewustzijn, als te zamen behoorende opgevat worden. — Sed nimis pugnantia haec sunt, aut mihi, quatenus clarissimi viri sententiam intellexi, saltem videntur, quam ut vir ingenio praestans, ipse haec a se dicta non refutasset ad finem ejusdem orationis p. 45 dicens: »Neen, M. H.! neen - en nogmaals neen! Nederig erkent zij (psychologia) het, dat er eene zijde van 's menschen geest is, daar, waar hij zich in de HOOGERE DENKVORMEN DER LOGICA OPENBAART, waardoor wij de werking in het stoffelijke substraat tot dusver volstrekt niet kunnen naspoeren, evenmin als wij den invloed van dit laatsle op die denkvormen physiologisch kunnen aantoonen. — Zij laat het psychische leven ongedeerd en bewondert daar-

van zetfs den rijkdom en de volheid." &c.... Male enim confundebantur ibi initio: *kracht*, *levenskracht*, *ziel*. Nimirum *kracht* et *levenskracht* sunt conceptus abstracti, quum *kracht* et *levenskracht* esse nequeant, nisi sit id, in quo est *kracht* et *levenskracht*; anima (*ziel*) vero sit *id ipsum*, in quo est *vis sentiendi*, et *cogitandi et volendi*. Deinde male ibi etiam dicebatur anima »*product*» sive »*coefficient*», quum »*factores*» isti qualesunque sint, efficere quidem possint aliquod *sui multuplum*, non vero *essentialiter diversum*, quale esset *simplex activum* ex pluribus inertibus. Quare igitur haec clarissimi viri auctoritati non credimus, neque injuriam ei facere putabimus non credendo, praesertim quum neque ipsum se credere palam professus sit. Ergo non est anima modus vel, uti dicunt, *modificatio corporis*; modus enim rei quum sit res ipsa hac vel illa specie nobis exhibita, etiam de modo rei valebunt, quae valent de ipsa re. Porro autem modus rei ne *positivum* quidem quid est in re, sed *negativum*, quum per ipsum modum res in suo *esse finiatur*, *negeturque ei major τοῦ esse gradus*.

At vero absurdiora haec sunt, quam ut impugnandis et refutandis adeo insistam. Satius fuisse dicere cum auctore operis: *Les Helviennes*, tom. II, p. 271, seq.: »*Vain sage je 't en crois sur la parole. Oui, il n'est rien en toi qui mérite plus mon admiration et mes respects que la vile matière. Tu raisonnnes comme elle rend ses sons, lorsque le vent l'agite. Le même mécanisme dirige ta plume et la main de l'automate. Machine comme lui, tu n'as pas plus de droit que lui à mes hommages. Comme la brute, esclave du mouvement et du destin, tu n'as rien qui élève*

»ton essence au dessus de la sienne.... Voltaire, Helvétius, Lucrèce, La Mettrie, Fréret, Diderot, non, vous »n'avez ni âme ni esprit; tout mon erreur était de vous »combattre, comme si la raison avait eu chez vous quelque »empire.... Mais quoi! vain sophiste, ton orgueil se ré- »volte et s'indigne. Ton humiliation est donc dans la »doctrine. Tes disciples ne peuvent que t'offenser en s'en »tenant à tes leçons. Tes dogmes les plus chers devien- »nent ton outrage, si tu viens à bout de m'en convaincre. »Sois donc du moins d'accord avec toi-même. Ou ne »m'annonce plus que l'esprit de l'homme n'est qu'une »chimère et un fantôme, ou laisse-moi te mépriser et »te regarder du même oeil que la vile matière."

Restat igitur dicere, Deum, si voluit creare, i. e. creando manifestare suas perfectiones, quemadmodum voluit, debuisse, ut finem suum possit assequi, creare aliquid ratione praeditum, quod perfectiones has in rebus ceteris creatis manifestatas intelligeret, et quum impium sit et absurdum, dicere, Deum sapientissimum et verissimum ea, quae sapientiae suae ac veritati debuit, non voluisse aut non fecisse, voluit ac fecit etiam hoc aliquid, et fecit, quale modo vidimus debere esse, *simplex*¹⁾, non *iners*, sed *spontaneum*, seu *vi cogitandi praeditum*, *rationale*, ita ut jam non necesse sit ratiocinari cum Cartesio: »*cogito ergo sum*" sed ut liceat etiam convertere dicendo »*sum ergo cogito*".

1) Si vero simplex est etiam nunquam dissolvenda est, et si nunquam dissolvenda, etiam natura sua semper victura est, *immortalis ergo anima nostra*.

IV. Quaestio:

POTUITNE ANIMA SOLA ESSE IN HOC MUNDO , AN NECESSE
FUIT , EAM CONJUNGI CUM CORPORE ?

Ultra candem semper ratiocinandi viam prosequendo inquiramus jam , quid sit rationalitas seu ratio , si forte inde possit inveniri , fueritne necessarium , creatis reliquis , creari etiam corpus humanum eique uniri animam , ut deinde ex unione ac mutua utriusque dependentia cognoscamus , quale creari et quo artificio instrui corpus oportuerit , ac sic tandem perspecto isto artificio discamus , non tantum universim qua ratione moveatur corpus , sed etiam qua ratione concitentur illi , qui dicti sunt *motus reflexi* . Ardua sane ac difficilis haec res est , sed summi momenti nec desperanda ; qui enim voluit ut cognoscamus mundum hunc universum Deus , (*Cuncta fecit bona in tempore suo , ET MUNDUM TRADIDIT DISPUTATIONI EORUM* ” . Eccles . III , 11 .) , voluit etiam ut cognoscamus corpus nostrum , neque Ipse Pater *luminum* , lumine suo pie ac candide quaerentibus deerit .

Est autem rationalitas seu ratio » *facultas cognoscendi verum* ” ; cognoscere autem quum sit perspicere rerum inter se convenientiam ¹⁾ , ad cognoscendum duo semper necessaria sunt , scilicet *id quod* perspicitur convenire , et *id quocum* perspicitur convenire . Itaque , quemadmodum , ut in imagine (portret) regis possit cognosci rex , necesse est habere aliquam saltem ideam regis ,

1) Si , v. g. quod animal cognoscitur equus , perspicuntur convenire isti animali ea , quae convenientur equo , seu , ut dicere solent philosophi , perspicitur illud animal convenire cum idea equi .

ita etiam, quum Deus creando voluerit, ut in rebus a se creatis cognoscatur Ipse, necessarium est, ut is, a quo se cognosci vult Deus, praesentem sibi habeat ideam aliquam Dei, quacum harum rerum convenientiam aliquam possit perspicere. Et hanc quidem ideam necesse est cognoscenti *immediate* adesse, non *mediate* aut aliunde repetendam; si enim aliunde petere aut acquirere hanc ideam deberet, deberet acquirere judicio; sed antequam eam posset judicare et judicando cognoscere, deberet jam ejus ideae ideam habere, ita ut continuo eadem maneat difficultas et eadem redeat argumentatio. At vero hanc ideam nos habere non adeo probatu difficile videtur.¹⁾ Habemus enim rationem; ecquis *rationalist*, aut *atheus*, aut *materialista* aut *sensualista* negare velit? ipse *scepticus* negare nequit, quum vel negando affirmare convincatur. Ratio vero est *facultas cognoscendi verum*; verum autem est *id quod est*, ergo ratio est facultas cognoscendi *id quod est*, seu facultas cognoscendi τὸ ESSE; ideam vero τοῦ ESSE vidimus supra esse ideam Dei²⁾; ergo Deus volens cognosci, quum

1) Haec et quae in sequentibus magis etiam explicabuntur, aliquo modo divinasse jam ipse *Plato* videtur, quamvis non ausus est, certo edicere, quum diffidens sibi addat: „*sed Deus scit, an vera sit sententia,*” (*θεὸς δέ που οἶδεν εἰ ἀληθής οὐσία τυγχάνει.*) Ita autem (*Polit. VII. 517.*) explicat: *τὰ δὲ οὖν ἐμοὶ Φαινόμενα οὕτω Φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταῖά τοῦ ἀγαποῦ ἰδέα καὶ μέγις δρᾶσθαι, ὁ φεῖται δὲ ἔντλλογιστέω εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη δρᾶσσιν τε καὶ καλῶν αἵτια, ἐν τε δρατῷ Φῶς καὶ τὸν τούτον κύριον τενοῦσσι ἐν τε νοητῷ αὐτῇ κυρίᾳ ἀληθείαν καὶ νοῦν παρασχομένη, καὶ δὲ δεῖ ταῦτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμφρόνως πράξειν ἵδιον ή δημοσίη.*

2) Idem etiam hoc modo poterit probari: ratio est facultas cognoscendi verum; jam quum cognoscere sit perspicere rerum convenientiam, et verum sit *id quod est*, *esse* vero rei sit *rei* cum idea sua convenientia, (eatenus enim dicimus rem esse, quatenus in re inventur existere id, quod in idea ejus cogitatur), resumendo ratio erit

intelligenti indidit ideam τοῦ ΕΣΣΕ, indidit ei ideam sui. Etenim haec omnia, scil. τὸ εσσε, τὸ νερού, τὸ βονού, τὸ πολυχρονία &c. unum sunt varia tantum specie perceptum, quemadmodum pag. 44 jam indicavi. Nam τὸ εσσε est etiam τὸ νερού, quum νερού sit id, quod est. Deinde etiam τὸ εσσε est τὸ βονού; nam βονού est, quod est id, quod εσσε δεῖ; sed id, quod εσσε δεῖ, fit σενού, ergo, quum σενού rei (in τῷ αβσολοτῳ) sit εσσε rei¹⁾, βονού fit τῷ εσσε, seu τὸ βονού αβσολοτον est τὸ εσσε αβσολοτον. Pariter etiam τὸ εσσε ostenditur εσσε τὸ πολυχρονία. Nam, quamvis jam Plato dixerit²⁾, »νετος εσσε προβεριον, διβιλε εσσε δισκε, κιδητε πολυχρονία», omnes tamen consentire videntur, consistere πολυχρονία in certa quadam *harmonia et convenientia*. Alii enim hanc harmoniam reponunt »in varietate cum unitate», alii »in communi (dem Allgemeinen) cum singulari (mit dem Individuellen)», alii in formis; alii demum dicunt, εσσε »harmoniam quandom, sed quae aliter definiri non possit, nisi »effectu

facultas perspiciendi convenientiam convenientiae rei cum idea sua. Quum autem res cum sua idea plus minusve, plene aut tantum aliquo modo convenire possit, εσσε rei erit finitum, si tantum aliquo modo, plus minusve convenit cum idea sua, erit vero perfectum, infinitum si plene convenit. Nam si plene convenit res cum idea sua, res, si ita fas est dicere, cum sua idea identificatur, ita ut idea rei in hoc casu non solum sit essentia rei, sed ipsum εσσε rei. Porro, si res cum sua idea identificatur, etiam non necesse est, ut a cognoscente ad aliam ideam referatur; atqui quod non ad aliud referatur, id non est relativum, et, quod non est relativum, id est αβσολοτον, et quum τὸ εσσε non ad aliud referatur, etiam ejus idea erit idea αβσολοτον. Ergo, ut breviter repetam, ratio quum sit facultas cognoscendi νερού, et quum νερού αβσολοτον sit εσσε αβσολοτον, ratio εσσε facultas cognoscendi νερού αβσολοτον, (*Deum*).

1) Vide pag. 43, 54 et 63, not. 1.

2) Παλαιά παρομία, δτι χαλεπά τὰ χαλά ἔστιν ὅπη εχει μαθειν. (Cratyl. 384.)

*suo*¹⁾. Sit ergo, nil oppugno; sed si fit pulchrum in rebus *harmonia*, harmonia haec sane est in iis, quae sunt, et fit eo, quod sunt. Nam ea, quae non sunt, neque possunt conspirare, et ea, quae non conspirant, non conspirant, quia non sunt idem; idem autem non sunt, quia non habent omne esse, seu quia sunt cum defectu; ergo *summa harmonia* erit in eo, in quo nihil non est, seu in pleno (absoluto) esse¹⁾). Quare rectissime fortassis dixerint ii, qui existimant, pulchrum esse τὸ *ideale* (*das Idealische*), seu qui perceptionem pulchri dicunt, esse quandam *infiniti divinationem* (*Ahnung der Unendlichkeit*). Qui autem dicunt, pulchrum esse id, quod placet, seu, quod jucundum est, nomini nomen sufficientes, nihil explicant. Sed longiora haec sunt; — indicasse aliquo modo sufficiat. — Quibus intellectis rationem etiam licet dicere: facultatem cognoscendi Deum, et hinc potest videri, rationem habere quasi fundamentum et radicem in idea Dei, seu in idea τοῦ esse, quae est idea Dei implicita, rationi semper praesentissima, facultatemque cognoscendi totam inniti præsentiae Dei. Deinde quum omne judicium componatur subjecto, praedicato et copula, patet etiam nullum posse fieri judicium sine idea τοῦ esse seu Dei, ergo etiam nihil posse de re quapiam scientifice diputari, nisi confiteamur saltem implicite ESSE DEUM.

Quam misere igitur decipitur, et ipse se irrationalem

1) Quaerat forte aliquis, qua igitur ratione pulchra sint ea, in quibus est contrarium (Kontrast). Respondeo: primo quidem nunquam contrarium esse in re eadem respectu ejusdem; dein vero quia, quemadmodum in pictura ea magis eluent, quibus apposita est umbra, quamvis umbrā nihil luminis iis addatur, sic etiam harmoniam eorum, quae conspirent esse suo, sive fine suo), magis elucere iis appositis, quae defectu suo non possunt conspirare.

profiteri cogitur, si dixerit »*impius in corde suo: non est Deus*»; non enim potest abjecere aut negare Deum, non abjectā prius ac negatā sua ratione, pariter ac non potest extinguere lumen oculorum suorum et non caecutire. Quanto autem melius ac sapientius sensit admirandus ille *Socrates*¹⁾, quum de anima rationali dixit »*μετέχει τοῦ θεοῦ*». Et si dixit *Seneca*²⁾: »*Rationem nihil esse aliud, quam in corpus humanum partem divini spiritus mersam*»; *Epictetus* vero: »*Animos, ita esse devinctos Deo, ut particulae sint ejus et ab eo quasi avulsi*»: non utique viderunt hi, non posse discripsi ac lacerari Deum, sed tamen, inesse in ratione divinum quid intellexerunt. Propius, vero ad sententiam nostram accessisse videntur *Aristoteles*³⁾ dicens: *πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ξέχουσιν ὑπόληψιν*, et inter Christianos *Joan. Damascenus*⁴⁾: *πᾶσα γὰρ οὐ γνῶσις τοῦ εἶναι θεὸν ὡς αὐτοῦ φυσικῶς ἐγκατέσπερται*. Graviter vero et distincte *Tullius*⁵⁾: »*Quae est gens, inquit, aut quod genus hominum, quod non habeat, sine doctrina ANTICIPATIONEM QUANDAM DEORUM, quam appellat πρόληψιν Epicurus, i. e. ANTECEPTAM ANIMO REI QUANDAM INFORMATIENM, SINE QUA NON INTELLIGI QUIDQUAM, NEC QUAERI, NEC DISPUTARI POTEST.*»

At vero non satis erat Deum, ut assequi posset finem creationis sibi propositum creasse animam ratione praeditam; sed *necessere*⁶⁾ *habuit creare etiam corpus, eique*

1) Xenoph. I, 4, 8, 9; IV, 3, 14.

2) Oper. Tom. II. Epist. 66.

3) *De coelo*. lib. I. c. 3.

4) *De orthod. fid.* lib. I. c. 1.

5) *De nat. deor.* I. 16.

6) Ne quis forte incautus offendatur hac voce: *necessere*, animadverbendum est, hic tantum sermonem posse esse de necessitate *consequentialiae*. Nempe: Deus quidem *liberè* creavit, aut creat hunc mundum;

conjugere intime animam, i. e. creare hominem. Nam Deus non potuit animam rationalem creare *non liberam*, propterea quod, quemadmodum supra (ubi dixi materiam non posse cogitare quia *iners* est), vidimus, antequam ratio queat inesse, insit necesse est *spontaneitas*, qua ipsa motuum suorum ac operationum sit auctrix, cogitetque ac cognoscat, quae vult, sed etiam velit, quae placent et nullo modo possit cogi, sed ipsa libere se ad agendum determinat. Quare vel ipse *Voltaire*, quamvis non puduit eum dicere »*Je pense et je suis corps*“ acriter tamen insurgit in eos, qui ausi fuerint hanc libertatem negare, scribens (*Disc. sur la liberté*):

»Voir de la liberté cet ennemi mutin,
 Aveugle partisan d'un aveugle destin;
 Entends comme il consulte, approuve, délibère;
 Entends de quel reproche il couvre un adversaire.
 Voir comme d'un rival il cherche à se venger,
 Comme il punit un fils et le veut corriger;
 Il le croyait donc libre? Oui, sans doute, et lui-même
 Dément à chaque pas son funeste système.
 Il mentait à son coeur, en voulant expliquer
 Ce dogme absurde à croire, absurde à pratiquer;
 Il reconnaît en lui le sentiment qu'il brave,
 Il agit comme libre et parle comme esclave.”

Ergo creata est anima ratione praedita ac libera, et non tantum voluit Deus, ut ab anima cognoscatur, sed ut etiam *libere* cognoscatur. Quum autem libertas consistat in electione, non potuit anima poni sola in hoc mundo, sed necesse fuit, ut coniungeretur cum corpore.

sed quantumvis *libere* creans non potest tamen pro sapientia sua ac anctitate non velle media ad finem sibi propositum necessaria. Deus est enim Deus sibi constantissimus, (*een consequent God.*)

Nam libertatis non tantum est, posse cognoscere verum in hac vel illa re ex pluribus, quum saepe ne hoc quidem nobis liberum sit, cognoscamusque saepe audiendo et videndo veritatem, quam nolumus; sed libertatis est vel maxime, posse, quamvis meliora cognoscamus et probemus, tamen deteriora sequi. Negavit hoc *Leibnitzius*, propterea quod quantumvis liberi tamen necessario feramur in bonum. At non advertit ille, nos etsi necessario feramur in bonum, nec possimus non velle bonum, tamen non sequi bonum, nisi quod ipsi elegerimus. Ratio quidem non potest cognitam veritatem non agnoscere aut negare, nisi velit secum ipsa pugnare, sed potest tamen cognitam veritatem non amare; ergo libertas non est in cognoscendo, sed in volendo et amando id, quod verum, (bonum) est. Si itaque anima sola esset, nullis illecebris seducta et quasi obnebulata, non posset, quum non sit libera in assentiendo vero, in rebus creatis non agnoscere Dei perfectiones, quum in iis praeter has Deus nihil potuerit aut voluerit manifestare, et has agnitas, quia bonae sunt, etiam non posset non amare, quum aliud bonum non inveniret. Unum enim reliquum foret, ut anima in rebus creatis, contempto Creatore, non Hunc, sed seipsam agnosceret atque amaret, quemadmodum voluerunt *Kantius* et *Fichte*, delirantes res mundi esse positiones et apparentias sui *Ego*. Verum enim vero *Kantius* et *Fichte* non etiam fuerunt animae purae, sed utique homines; sensuum imaginibus et phantasmatis nimium, proh dolor, obfuscati. Sed vera hacc non sunt et nimis pugnantia; anima enim rationalis est, et quamdiu solo rationis lumine illustrata, nullisque sensuum illecebris seducta est, non potest velle

aut amare nisi verum, i. e. bonum intellectuale, quod nascitur veritate, non errore. Error enim est id, quod pugnat cum ratione; pugnat autem cum ratione, ea quae diversissima et distincta sunt, reputare similia aut eadem, quod vero pugnat cum ratione, id ne dixeris ei esse amicum aut bonum. Et quidem ipse *Kantius* negans contra sensualistas, omnes cognitiones nostras nobis venire per sensus, non tamen negabat, esse aliquid extra nos; sed illud esse tantum quasi *incognitum* *x* ajebat, quod quale nobis appareat, affingamus¹⁾ ipsi *formis sensualitatis mentis nostrae*. Quem primum *Kantii* errorem sequutus *Fichteus* ultra dein aberrabat, (licet justo reliquo judicio) negans illud *x* omnino esse quidquam, supposuitque ei, quam docuerat *Kantius* »*Kritik der reinen Vernunft*“ suam »*Reine Ichheitslehre*.“ Etenim quo jure *Kantius* negaverat, res esse tales, quales per sensus renuntiantur, sed formas ac modos istos a mente nostra eis apponi putavarat, eodem etiam *Fichteus* poterat negare, res esse omnino aliquid, ac putare et modos rerum et res ipsas ponit a mente

1) Haec jam contra *Protagoram* egit ipse *Plato*, (*Cratyl.* 386), φέρε δὴ ἕδωτεν, ὡς Ἐριόγενες, ποτερον καὶ τὰ ὅντα οὕτας ἔχειν σοι φάνεται, οὐδὲ αὐτῶν ἡ οὐσία εἶναι ἐκάστῳ, ὁπερ *Πρωταγόρας* ἔλεγε λέγων πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι ἄνθρωπον, οὐτοί, οὐτα μεν ἀν ἐμοὶ Φύσινται τὰ πράγματα εἶναι, τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἐμοὶ, οὐτα δ' αν σοι, τοιαῦτα δ' αν σοι· ἡ ἔχειν δοκεῖ σοι αὐτὰ αὐτῶν τὰ βεβαϊτητα τῆς οὐσίας.....

Καὶ ταῦτα γε, ὡς ἐγώμαι σοι πάνι δοκεῖ, φρονήσεως οὐσίας καὶ ἀφροδίνης μη πάνι δυνατὸν εἶναι *Πρωταγόραν* ἀληθῆ λέγεν· οὐδὲν γάρ αν πισ τῇ ἀληθείᾳ ὁ ἑτερος τοῦ ἑτέρου φρονιμότερος εἴη, εἴπερ ἡ ἀν ἐκάστῳ δοκή, ἐκάστῳ ἀληθῆ ἔσται.....

Οὐκοῦν, εἰ μήτε πάσι πάντα ἔστιν ὄμοιως ἀμα καὶ ἀεί, μήτε ἐκάστῳ ίδιᾳ ἐκαστον τῶν ὅντων ἔστι, δῆλον δή ὅτι αὐτὰ αὐτῶν οὐσίας ἔχοντά τινα βεβαίον ἔστι τὰ πράγματα, οὐ πρὸς ἡμᾶς οὐδὲ ὑφ' ἡμῶν, ἐλκόμενα ἄγω καὶ κάτω τῷ ἡμετέρῳ Φαντάσματι, ἀλλὰ καθ' αὐτὰ πρὸς τὴν αὐτῶν οὐσίαν ἔχοντα ὥπερ πέφυκεν.

poëta. Nam profecto, si clare et distinete videmus domum aut turrim, non minus certi sumus, esse eam domum ac turrim, quam omnino aliquid.

At erravit iste uterque ac deliravit; aut quid potuisse respondere *Kantius*, rogatus, quid tandem sint istae *formae mentis*, aut cur, si videmus rem quadratam, eandem nequeamus simul etiam videre rotundam ac triangulam? nihil nisi fatalem quamdam necessitatem, quae quid sit aut unde oriatur nesciat. Atqui tamen, si res illa non esset vere quadrata, sed tantum a libera mente quadrata fingeretur, nil obstaret, quominus etiam rotunda ac triangula fingeretur. Pariiter *Fichteus* obambulans secundum flumen rogatus, cur non sine nave transnaviget, non poterit audere et non mergi, ut confiteri cogatur, non jam imperare se fictae navi aut ficto flumini, sed vinci ac submergi ipsum flumine.

Quum ergo manifestum sit delirasse istos, et quidem *Kantium*, quia non erat *pura ratio*, ac *Fichteum*, quia non erat *purum Ego*; patet etiam non posse esse consentaneum rationi, ut cognoscat et amet res istas tanquam *formas* et *positiones* mentis suae, sive *τὸν Ego*, quia error non est bonum. Sed neque posset anima, quamdiu sola esset sine corpore, ipsas has res cognoscere et amare tanquam bonum aliquod a se distinctum; nam si nunc quidem, quum simus homines, cognoscimus, dummodo libidines taceant, illis rebus non posse satiari nos, sed esse tantum quasi adminicula quaedam, quibus ad verum bonum cognoscendo ascendamus, quanto magis et quasi immediate id cognosceremus, si essemus sine hujus corporis caligine animae purae? Neque dicat quis rationem tamen

posse errare et decipi et ita errore deceptam imaginari sibi bonum ac verum quod tamen nec bonum nec verum est. Respondeo enim, non posse errare rationem, sed hominem. Errare quidem potest homo et deceptus verum ac bonum habere, quod verum tamen non est; sed, si errat homo, errat non quia rationalis, sed quia libidine atque cupiditate actus saepe fit irrationalis. Porro libido ac cupiditas non oritur ex ratione, seu intelligentia veri, sed ex sensualitate, qua fit saepe, ut anima, quum corpori inclusa non immediate res videt, sensuum blanditiis nimium capta, facile sibi persuadeat, esse bonum aut saltem, non adeo malum iis indulgere; nam: *quae cupimus facile credimus, quae nolumus infitiamur.*

Confitendum tamen est, rationem posse non semper statim veritatem plane perspicere; at propterea non errabit, sed in iis rebus caute judicium suum retinebit donec majus lumen affulgeat. Potest igitur in iis rebus ratio *sapienter* quidem dubitare; sed errare, qua ratio, non potest, haud magis, quam ille, qui labyrinthum ingressus tenebat filum, quo reduceretur, aut is, qui amussi rectâ utitur, possit ducere lineam curvam. Etenim hocce filum, hancece amussim tenet ratio, quum Deus constituens animam, ut ex rebus creatis cognoscat verum, praesentem Ipse Se ei posuit specie intelligibili τοῦ esse, veri, pulchri absoluti. Si quis enim animum diligentur velit advertere, mox intelliget, omnia, quae in praeceptis logices veteres principia rationis¹⁾ dixerunt, ad unam ideam τοῦ esse (quam

1) Talia principia sunt: *Idem non potest esse et non esse simul, — Quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, — Nihil est sine ratione sufficiente, — Quae distinguuntur inter se, etc.,* quorum duo postrema facile intelliguntur ex duobus prioribus esse deducta.

nemo vel negando potest non affirmare se habere tamquam nornam dijudicandi), posse reduci; sed quam sapientes illi variis sententiis (*principiis*) ad facilius ratiocinandum adaptaverunt. Jam igitur ut respondeamus *Kantio*, quid sit, aut unde oriatur necessitas illa, qua non possimus res alias judicare, quam a nobis videntur, non dubito respondere: quia ratio nostra radicem et quasi fundamentum habet in ideâ Dei, Deus autem non potest mutari, quia *simpliciter est*, et quatenus ergo res cum τῷ *esse* convenire cernuntur, eatenus non possunt etiam cerni non convenire. Necessitas ergo illa non est in forma mentis, sed in eo, quod τῷ *esse* non potest *non esse*.

Restat igitur tenendum, animam, si mansisset sola, non potuisse esse *liberam a necessitate*, sed, quemadmodum non potest cognitae veritati non assentire, sic etiam non potuisset cognitae veritatis bonum non velle et amare, cum optio alterius boni non daretur. Sed tamen quum optio haec necessaria esset, (siquidem sine liberâ electione non potest esse libertas) et quum sine libertate non possit inesse in cognoscente ratio, (uti superiore loco demonstratum est); manet dicendum necesse fuisse, ut Deus creator, si velit esse Deus constans, ita constituat animam, ut dum verum possit in rebus mundanis perspicere, eo tamen perspiciat modo, quo praeter cognitae veritatis bonum, possit etiam allici alio bono simulato, possitque rei loco etiam ejus quasi umbram captare. Itaque necesse fuit, ut anima ita in hoc mundo constituatur, ut non immediate rebus opponatur, sed aliud quid ipsam et res inter medium ponatur, quod, dum subtiliori licet specie rebus illis est simillimum et ex iis etiam capit incre-

mentum, fiat animae quasi involucrum pellucidum et sonorum et agile, efficiaturque ipsum cum anima totum aliquod singulare¹⁾, cui res partim sint existentiae augmentum, et per quod partim fiant intelligentiae objectum repercutsum. Ita enim fiet, ut *intelligens*, cognoscendo res illas, possit eas ipsas etiam amare tamquam bonum aliquod alteri (licet ignobiliori) sui parti saltem utile ac jucundum; quatenus enim ad alendam et recreandam illam partem inserviunt, vere eas aliquid boni habere nemo negabit.

Quo autem meliori modo, aut quo sapientiori consilio id fieri potuit, quam conjungendo et uniendo animam cum corpore isto nostro; ita ut haec duo, etsi non confundantur aut misceantur, efficient tamen *unum* — (*suppositum*, uti ajunt philosophi,) — scilicet hominem? Hac enim unione anima *ratione* non imminuitur, *actu* seu activitate non perditur, *libertate* etiam augetur; corpus vero quasi medium et ipse nuntius¹⁾ rerum animam inter et reliquas res creatas

1) Neque vero existimet quis, me hic consentire aut facere cum iis (*sensualistis et empiristis*), qui putant, omnes cognitiones nostras nobis per sensus et experientiam venire, innixis famoso illo effato: „*nihil est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu.*” Sunt enim, quemadmodum supra jam ostendi in quarto illo genere idearum, quae nullo modo per sensus acquiri possint, uti τὸ esse, τὸ verum, τὸ pulchrum, τὸ bonum, Haec enim, quum ipsa in rebus non sint, non etiam per sensus ex rebus possunt nuntiari, et quum in rebus tantum aliquo modo manifestentur, ut manifestatae intelligentur, necesse est eorum aliquam ideam esse in intelligente; antequam enim de re quapiam praedicare possimus τὸ esse, aut τὸ verum, aut τὸ pulchrum, necesse est eorum antecptam quandam animo speciem habere. Sed haec satis jam demonstrata sunt, ubi ostendi in his ipsis percipiendis rationem nostram habere quasi radicem. Porro ne cognitiones quidem rerum sensibilium tanquam cognitiones nobis per sensus veniunt; per sensus enim nobis tantum veniunt affectiones et mutationes, quae rebus in nervis fiunt. Nam si vel eo ipso, quod rem audimus aut vide-

altius evehitur. Fit enim hac unione homo *animal rationale*, sequidem ratione percipit homo atque intelligit non tantum quae praesentia sunt, sed quae praeterita et futura sunt, conjungit; non tantum quae sensibus obvia, sed et ea, quae sensibus abscondita sunt, comprehendit, comparat atque dijudicat; »quae non auris audivit nec oculus vidit», ea ipsa cogitatione ac desiderio insatiabili prosequitur comprehendenda: corpore vero ad animalia et res ceteras corporeas proprius accedens familiare cum iis ipse dominus et rex consortium atque intimam consuetudinem init; ratione fruitur *vero bono*, quod est Deus; corpore utitur bono utili et jucundo, quod praesto est sensibus; gaudet terrenis, beatur coelestibus. Attamen ita fruitur ac beatur, ut non sine labore beetur; ita utitur et gaudet, ut non sine timore utatur. Sed tamen non vituperanda in his, admiranda potius et praedicanda creatoris bonitas et sapientia. Scilicet id maximum est

mus, eam etiam cognosceremus, non sane intelligeretur, cur, si quis lingua latina aut graeca non institutus, nihil cognoscat, si latine aut graece alias eum alloquitur, quum tamen vox latina aut graeca non minus percutiat aures, quam patria. Quare illud: »nihil est intellectu, quod non prius fuerit in sensu,» eo tantum sensu verum est, quod quidem de re nulla materiali qualitatem quamquam possimus praedicare, quam sensibus non experti simus; sed ipsum illud praedicantis judicium non magis venit per sensus, quam ipsa scientia venit auditione lectioneve vocis *scientiae*. Nimirum per sensus, sive nervos, impressiones tantum rerum ad animam perducuntur, ipsum autem judicium est actus animae intelligentis et examinantis, quales istae sint impressiones. Hinc etiam videre est, quam perperam agant physiologi illi, qui in alia cerebri parte imaginantur sibi fieri *perceptiones* sive *sensus* (*waarnemingen*), in aliâ *repraesentationes* sive *conceptus* (*voorstellingen*), in aliâ *nibus* (*streven*), et sic demum ex iis resultare cognitiones et volitiones; quum primo quidem necesse sit, ut unum idem et *sentiat* et *repraesentet* sibi et *nitatur*, deinde vero in his ipsis consistat ac prodat sese spontaneitas seu activitas rationalitatis. Sed de his alias.

solatium, ea maxima beatitudo, (equis, cui nobile est pectus, negabit?) scire ea, quibus fruimur, labore non alieno, sed nostro esse parata; deinde vero ea etiam securius defenduntur, quae non sine timore tenentur. Etenim quum res illae corpori nostro sint vere utile quid, corpusque ipsum sit altera nostri pars, facile fieri potest incautis, ut istis utilitabus et jucunditatibus allicti nimium capiamur; sed quum anima, si ipsa sibi velit attendere, non possit non cognoscere in rebus illis majus sibi bonum et perenne et perfectissimum manifestari tanquam in aenigmate et speculo, quemadmodum docet magnus etiam gentium doctor *Paulus*¹⁾, diligentiori usque studio praecavebit, ne iis, quae videt pessum dari ac mutari quotidie, nimium inhaereat. Quam ob rem, (et est sane, quod pudeat multos nostrates), ille jam *Plato*²⁾ dixit, constare nos parte nobiliore et ignobiliore, comparavitque partes has duobus equis, quorum alter pulcherrimo cursu sublimiora petit, alter malus ad inferiora continuo deflectit. Quemadmodum igitur, ut utar hac *Platonis* comparatione, bonus auriga et habenis et loris invigilabit semper malo isti equo, ne ex via prosiliat, aut ubi non expedit consistat, sic etiam assidue cavendum est animae, ne, ad quod sensus nimis inclinantur bonum, in eo conquiescat, neglecto summo vero, »in hoc enim positus est labor et ultima animae pugna". At-

1) Βλέπομεν γὰρ ἀρτὶ δὲ ἐσόπτερον ἐν αἰνῆματι, τότε δὲ πρόσωπον πρόσωπον ἀρτὶ γιγνώσκω ἐκ μέκρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθη (Cor. I. c. 13, v. 12.)

2) Βρίθει γὰρ ὅτης κάκης ἵππος μετέχω, ὅπι τὴν γῆν ἥπον τεκαι βαρύνων ἀταν μηδ καλῶς ἢ τεθραψμένος ὑπὸ τῶν ηνιόχων ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγῶν ἔσχατος ψυχῇ πρόκειται. (*Phaedrus*, 247.

qui haec sunt, propter quae dixi, necessarium fuisse, ut anima jungeretur cum corpore, scilicet ut sic praeter bonum illud intellectuale verum et aeternum esset aliud quasi simulatum breve fugaxque, quod possit per libertatem eligi¹⁾.

Ex his, quae dicta sunt hactenus igitur invicte, opinor, demonstratum est, creatum esse hominem, eumque constare duplici elemento, anima scilicet rationali et corpore animali, quae duo quantumvis natura inter se differant, tamen ita conspirant, atque una agunt, ut unam efficiant hominis personam; *persona enim dicitur subjectum actionis liberae*. Etenim ob rationis facultatem Deus non potuit creare animam *non distinctam* a corpore, *simplicem et spontaneam*, et ob libertatis exercitium etiam non potuit creare *non conjunctam cum corpore*.

Neque dicant opponendo, ex sacra revelatione nos scire, Deum etiam creasse angelos, hosque esse tamen sine corpore spiritus. His enim ita respondeo: scire nos

1) Hinc etiam videre est, quam sit consentaneum rationi id, quod ex sacris libris fide docemur. Quamvis enim non is sim ego, qui in rebus philosophicis ex fide velim probare quidquam, sed neque prae-sumam dicere, sola ratione duce hominem omnes illas veritates, maximas sane et admiratione plenas, quibus divina misericordia revelatis christiani ditati sumus, posse investigando detegere; tamen philosopho, nimirum veritatis amante et diligenter quaerente, haud indignum nec dedecus ei existimo, ea quae, ultra quam ratio perspicere possit, divina luce patefacta sunt, etiam rationis luce modeste et pie velle illustrare ac confirmare; nec vereor profiteri, nihil in iis detegi, quod cum sana ratione possit pugnare. Videmus enim ex iis, quae de animae libertate disputavi, hominem non alio modo a fine suo ac vero bono posse abduci, nisi ut sensuum illecebris allactus, contempto vero bono, (Deo), sequatur illud bonum aliud, quod dicimus *sensuale*, in eoque quasi consopitus conquiescat. Jam vero legimus in sacris libris (Gen. III. 6.): primos hominum parentes, spretâ Dei lege, manducasse poma, quibus vetitum erat vesci, arboris vitae. Inde autem ortam esse malorum multitudinem docemur, qua pressi, heu nimium, ingemiscimus omnes.

etiam ex sacra revelatione, angelos non esse creatos, ut ex rebus creatis Deum agnoscerent. Ita ut jam non possim non consentire praeclarissimo ac strenuo viro R. Wagner, doctori Göttingensi, dicenti¹⁾: »De bijbel geeft tegenover een valsche spiritualismus en materialismus, in het allezins juiste dualismus van eenen tot een bezielt bewerktuigd wezen vereenigden geest en ligchaam, den ook physiologisch alleen houdbaren grondslag van eene wetenschappelijke psychologie en anthropologie aan de hand.”

His autem quid jam materialistae opponere possunt? Verumtamen, quum nihil intentatum relinquere velim, atque id maxime etiam hac disputatione mihi proposuerim, ut foedissimam istam, scientiae non mimus, quam bonis moribus exitiosam doctrinam funditus revertam ac confellam, speciosissimae cuidam, quam machinantur, difficultati paucis juvat respondere antequam in corpus, quomodo instructum sit, inquiramus. Fabulantur enim de legibus materiae ignotis! quibus forsitan fieri possit, ut materia cogitet, vel quibus, ut ait Broussais: ²⁾ »la matière nerveuse, dans un certain état produit par son action tous les phénomènes intellectuels”.... Sed egregie inter alios respondit Lotze: ³⁾ »Ihre Taktik besteht einfach darin, auf einen noch ungesichteten Wirrwarr von Thatsachen hinzuweisen, dessen Unklarheit uns gewissermaßen dafür bürgen soll, dass er noch viel Aufschlüsse verbirgt, während doch die Unmöglichkeit dessen, was man in ihm zu finden

1) »Weten en gelooven, inzonderheid ten opzichte van de toekomst der zielen. (p. 26 & 27. vers. vern.)

2) loc. cit.

3) Med. Psychol. p. 39.

hofft, sich von vorneherein erweisen lässt." Sint enim multa adhuc naturae arcana, nil pugno; sit spes certa, plurima, quibus obstupescant homines, detegendi, est sane, quod stimulemur ad indagandum; ast fieri tamen nunquam potest, ut quae *essentialiter* sunt pugnantia, *essentialiter* pugnantia non sint. Nam tunc esset idem simul et non esset, quod est absurdum. Si itaque, quae *essentialiter* pugnant, non possunt convenire eidem rei, non possunt etiam *inertia et spontaneitas*, quae opposita sunt, inesse in materia, nec poterit ulla lege fieri, ut materia, non mutata sua natura, fiat spontanea; aut si mutatur, non jam materia, aut materiale, sed spirituale erit. Sed neque mutari potest unquam materia, ut fiat spirituale aut spontaneum; nam materia est composita, aut saltem consistit elementis, quae componi possunt; atqui quod componi potest, id non potest esse spontaneum, quum eo ipso, quod posset componi, non esset spontaneum. Sunt quidem in homine spiritus et materia, seu spontaneitas et inertia, sed consistit etiam homo diversis substantiis, corpore materiali, quod est iners, et anima spirituali, quae est spontanea. Non ergo minus ridendi sunt materialistae tam absurdia sperantes, quam ipsi rident alchimistas istos, qui ex rebus quibusque vilibus, nobilissima metalla confidere se posse sperabant.

V. Quaestio :

QUID EST CORPUS HUMANUM (*Μηρόκοσμος*), ET QUOMODO
INSTRUCTUM SIT NECESSE EST?

Jam reliquum est, ut dicam de corpore. Quum autem hic agatur tantum de motibus corporis, hosque con-

citari ope nervorum omnibus certissimum sit physiologis, et quaeratur tantum de justa nervorum inter se dispositione ac nexu cum sensorio communi, etiam in his inquirendis et demonstrandis definietur haecce disputatio. Facile autem perspicitur ex iis quae demonstrata sunt abhuc, corpus esse medium quid animam inter et reliquas res creatas, esque conjunctum cum anima propter animam, ut sit animae tamquam instrumentum, quo anima cum hac rerum aspectabilium et cognoscendarum varietate ineat rationale consortium. At vero quia tamen anima et corpus substantiae sunt invicem diversae et prorsus distinctae, agatque vitam aliam anima, aliam corpus, aliisque anima, aliis corpus eget, *quibus alatur atque augeatur*; necesse est, ut corpus sit quasi machina automatica, quae, quemadmodum fit in aliis rebus arte excoquitis, sponte sua moveri posse videatur aliquamdiu; sed cuius motus tamen, (quia est propter animam), ad animae liberum consilium regi queant ac moderari, saltem quoad integrum valebit corpus.

Et re quidem vera videre est partes corporis duas, quae vel maxime sustentandae ac renovandae continuo ejus vitae necessariae sunt, cor et pulmones ita motuum suorum vicissitudinibus dilatari, atque constringi, ut nequaquam voluntatis jussu aut incitatione indigeant, attamen ita dilatari ac constringi, ut etiam a voluntate possint his motibus temperari, accelerari aut retardari. Nam et ipsum cor, indefessum illud et continuo motum, sisti saltem aliquamdiu potest. Magis etiam automatici illi motus apparent in longissimo et tortuoso intestinorum tractu, quae digerendis ac concoquendis cibis ad sanguinis instaurationem praesunt, quae mo-

ventur, sed moveri aut quiescere ad voluntatis arbitrium jam nullo modo queunt. Quam vero sapienter haec ita comparata fuere! Nam si singuli isti motus indigerent voluntate, indigerent etiam intellectu; quantum igitur temporis requireretur, ut moveri ac vivere posset corpus, aut quantulam vel toto hujus vitae tempore corporis sui partem plene posset anima cognoscere, (hic labor enim fuit, hoc opus tot jam saeculorum!), quum tamen creata sit, non tantum, ut sciat movere corpus suum, sed ut cognoscat ex hac tota rerum universitate manifestantem se Deum creatorem ac moderatorem, utque sciat insidiosis sensuum illecebribus extricare sese, ut libere possit frui illo bono, quod non est simulatum, sed verum, non peritum, sed aeternum.

Sed tamen hae quoque partes, quae voluntati subjectae non sunt, ita provide propter animam et pro anima fuere accommodatae, ut nihil possint accipere, quod non a voluntate fuerit acquisitum ac porrectum, nihil etiam emittere, quod non voluntatis arbitrio diutius etiam possit retineri, ita ut digestio et secretio fiat quidem praeter voluntatem, ingestio vero omnino, et excretio saltem aliquamdiu etiam a voluntate depender videatur. Ad utramque enim intestinorum tractus extremitatem musculi sunt positi, qui voluntate possint moveri. Quibus fit, ut etiam in physiologicis suis functionibus ipsa intestina aliquo modo possint regi ab anima; dein vero humana sagacitas alios etiam inventit modos, quibus caecos hos intestinorum motus valeamus, saltem mediate, incitare, retardare, quinimo convertere. Nota enim sunt, quae dicuntur *evacuatio*, *adstringentia*, *emetica*, et quamvis his tantum

medendi causa uti deceret, tamen et ad gulam¹⁾ et crapulam nefando scelere abusum est perversum genus.

Aliae demum partes ita moventur, ut vel maxime et proxime ad volentis animae imperio obediendum paratae esse videantur, sed tamen iterum ea ratione accommodatae, ut etiam possint moveri nullo recto voluntatis imperio incitatae, dum sanae nihilominus extant et nullo morbo disturbatae, (*motus reflexi in corpore sano*). Videre hoc est in iis motibus, qui initio dicti sunt *motus instinctivi*, quique fiunt ad defendendum et conservandum corpus, ut dum palpebrarum oculi nictitationibus cavetur a pulvere forte turbine sublato et ab ictu etiam simulato; vel dum protendimus brachia casu procidentes, vel toto corpore resupini inflectimur subito viso periculo, et in sexcentis aliis casibus, dum motibus nequaquam consilio nostro factis, sed congruis tamen ea, quae nocere potuissent, arcemus, et ea, quae fulciendo juvare, comprehendimus. Quanam autem vi, in hisce, dum verissime dici nequimus agere, agamur - an forte indirecto rationis intuitu, sive, uti dicunt, instinctu rationali; an sola automatica corporis dispositione, non sane auserim affirmare. Nam istae nictitationes palpebrarum viderentur primo quidem posse explicari eo, quod pulvis, in oculum injectus incitaret ramum sensitivum nervi quinti, qui aliquo modo conjunctus cum ramo motorio nervi facialis in centro originis conimunis, ante-

1) Nota enim sunt foeda illa, quae luxuriosi Romani inter epulas consueverant, ita quidem, ut Cicero pudore non reveritus sit, palam pro rostris dicere Caesari: «Cum, inquit, VOMERE te post coenam velle dixisses».... (Orat. pro reg. Dejot.)

quam ad animam possit pervenire affectio, ipsam affectionem suam communicaret cum nervo faciali palpebras movente.

Sic eadem haec ratio, sed per conjunctiones aliorum nervorum sensitivorum cum motoriis in suo etiam originis centro, posset etiam valere in explicandis iis motibus, quibus vel inscii retrahimus manum aut pedem, si dormientes aut saltem non attendentes pungimur acu, aut quibus toti concutimur et resilimus, si quis, quem non videramus, ictu nos ferit, aut clamore ad aures terrefacit. Sed aliter res se habere videtur, si nictitationes illae fiunt viso tantum pulvere et nondum in oculum injecto, sique fiunt alii isti motus, quibus cavemus, viso tantum periculo et nondum actu jam facta laesione; nam tunc quidem non potest communicatio fieri per nervum sensitivum quintum, neque aliud quemcunque, quia nullus nervus sensitivus afficitur, nisi quo modo tangatur. In his igitur alia causa valere videtur, nisi putandum sit, per ipsum etiam nervum opticum posse conjunctione quadam cum nervis motoriis in loco originis suae aut concursus communi impressiones receptas communicari. Atqui hoc quidem valde etiam probabile fit, si attendimus primo, sensum visus omnium longissime per circuitum patere, ita ut hoc sensu omnium longe plurimae fiant etiam sensationes, ad quas in reliquis corporis partibus respondent reactiones, et si secundo reputamus id, quod pathologicis inventis constat, scilicet effici paralysin aut hemiplegiam, postquam ad *corpora striata* et in *thalamo nervorum opticorum* facta est sanguinis effusio exsudatiove; non enim injuste inde concludi posse videatur, in hunc locum revera plurimos nervos motorios

convenire. Sed tamen non negligenda videtur alia res. Si enim isti motus fierent sola conductione materiali per conjunctiones quasdam nervi optici cum nervis motoriis, non sane intelligeretur, cur isti motus non fiant etiam alia quacunque visione. Nam certe visio materialis periculi, qua talis, non differt ab alia quacunque visione etiam materiali¹⁾, sed periculum fit iudicio intelligentis istam visionem, quod vel propterea etiam magis manifestum est, quod non omnes pariter iisdem rebus terremur, sed saepe aliis ne movetur quidem, quibus aliis maxime horret, et quod idem iisdem saepe rebus terretur, quibus alias etiam jucunde afficitur.

Dicunt quidem hoc fieri *idiosyncrasiis!* magnum profecto hoc verbum et sonorum, sed sensu vacuum, quo alii aut mala fraude volunt decipere, aut alii, meliora nescientes, effugient difficultatem, fere quemadmodum fit in congressu bellico, dum subito exploduntur tormenta sine globis, ne sonitu ac fumo possit animad-

1) Ne quis cavillando audeat retorquere hoc argumentum oppugnans: si nulla materialis visio, aut nulla materialis nervi affectio, ab alia differt, vel nullum fit ab anima iudicium, quia omnia etiam eadem judicaret, vel anima ipsa, quae vult, addit sensationibus, et vera sunt ea, quae *Kantii* et *Fichtei* dicta sunt deliria, — moneo, visionem, aut sensationem quamcunque, aliam ob alia non differre modo conductionis, praeter quam nihil fit aliud in nervis, sed differere utique modo excitationis, ad quam vel maxime referimus sensationem. Nam aliter profecto excitatur sensatio re dura, quam re molli, aliter re aspera, quam laeva, &c. Deinde autem visio lupi et visio canis lupini materialiter non differunt, uti animadverti potest in incertis iis, qui ne-
sciunt distinguere, et tamen aliter agimus viso repente lupo, aliter viso cane, scilicet quum sciamus jam, quam ferox sit lupus, quamque canis fidelis, et quum jam facilius minutiora illa, quibus differunt, noverimus distinguere: Hinc etiam fit, quod saepe nocte obscura terremur tangendo forte ea, quibus de die delectamur, scilicet solo tactu minus facile distinguimus, quam tactu visuque simul conjunctis.

vertere hostis, quae agantur. Quid enim ista voce, si quis sensus insit, potest significari aliud, quam major minorve in nervis sensibilitas, qua fit ut alii aliis eadem re magis minusve afficiantur? aut si significetur ipsius nervi morbosa quaedam et abnormis mutatio, mutabitur quidem ejus affectio, sed tunc valebit ista mutatio etiam in reliquis aliis rebus, quibus afficitur; at vero in utroque casu judicium tamen animae, qua tale, erit justum, quae enim vehementiora judicat, revera vehementius percipiuntur, et quae mutata judicat, revera etiam aliter percipiuntur. Potest tamen corrigi tale judicium conferendo cum aliis, quemadmodum videre est in ictericis, atque iis, qui utuntur perspicillis viridibus; quamvis enim isti subflavescentia omnia et subvirescentia vident, non tamen, si velint attendere, flava omnia et viridia esse judicabunt.

Quibus rite perpensis, mihi quidem placet in explicandis hisce motibus, (qui fiunt ad solum visum et auditum), conjungere hoc utrumque, nempe: anatomicas nervorum conjunctiones et animae intelligentis actionem. Fit enim in iis rebus subitum et directum aliquod judicium, et istud judicium statim consequitur actio, partim quia jam assuevimus ita in talibus casibus agere, partim quia in nervis ipsis omnia jam ad tales motus praedisposita esse videntur. Atqui hoc magis etiam probabile fit, 1° quod, si non subito et improviso ista conspi ciuntur et sentiuntur, sed si magis consulto possumus agere, non fiunt isti motus; 2° quod iidem, qui fieri videntur praeter voluntatem, motus etiam a voluntate imperati fieri possunt; quod autem 3° eo difficilius coercesmus, quo magis cum vitalibus, quas dicunt, *functionibus* sunt conjuncti. —

Sed quidquid cuique placuerit magis, id tamen manifestum fore existimo, praesertim si attendimus ad *motus vitales*, (pulmonum, cordis, intestinorum), in his ad automatici instar moveri corporis membra, jureque posse dici CORPUS HOC AUTOMATICUM ANIMAE INSTRUMENTUM.

Enim vero hac ratione corpori pro vita ac conservatione sua a Creatore sapientissimo sapienter esse provisum clara luce perspicitur ex iis, quae experiri et observare quisque potest; sed provideri sic etiam debuisse haud difficile est demonstratu. Nam vidimus creatam esse animam ratione praeditam, ut cognoscat ex reliquis rebus creatis verum (*Deum*), seu divinas perfectiones in iis manifestatas; sed quum rationalis esse non possit, nisi sit spontanea libera, conjunctam fuisse cum corpore, ut possit uti libertate, habeatque, quod eligat bonum, *quod est*, verum et aeternum, aut quod sensibus appetit fugax et caducum. Jam vero si corporis vitae atque conservationi non satis esset provisum, ut ipsum etiam suam ageret vitam, alereturque iis, quae in reliquis animalium et plantarum regnis parata sibi extant; si non modo ad conquirenda haec omnia, sed etiam ad digerenda et in singulas partes, quae convenienter distribuenda invigilare et praesidere ei animae necesse esset¹⁾; quomodo quoae, tota in his occupata anima

1) Sunt enim qui opinentur, *speudo-spiritualistae* isti, animam ipsam sibi efficere, atque elaborare corpus, qui, dum materialistis impugnantes materiam nimium abiciunt, animam nimium extollant; sed qui, dum ita agunt, et animam et corpus deperdant, facientes animam fere materialem, corpus fere spirituale. Inter hos etiam reputo *Dr. G. H. v. Schubert*, virum in scriptis saltem suis pietatis fuso et orthodoxiae ostentatione vulgo haud insignem. In opere enim, cui titulus: "Die Geschichte der Seele" praeter curiosa multa et delirantis phantasiac commenta plurima, quibus incautus lector facile abripitur, etiam haec

principem finem a creatore sibi positum attingere posset? an non a provido ac sapientissimo Deo male esset provisum et corpori et animae?

His igitur positis et experientia etiam comprobatis ali-

habet: (T. II. p. 125, § 29.) „Vorzugsweise pflegen wir an der Seele drei Lebensäusserungen zu unterscheiden: zunächst jene, vermöge welcher SIE IHREN LEIB ZU DEM BESTIMMten ZWECK SEINES DASEINS BILDET UND FÜR DEN WECHSELVERKEHR MIT SEINER AUSSENWELT GESCHICKT MACHET, dann jene, vermöge welcher sie die einzelnen Dinge dieser Aussenwelt wahrnimmt oder empfindet, drittens aber die That der selbstständigen Fortbewegung durch Raum und Zeit.“

„Verweilen wir zuerst bei dem offenkundigen (?) Geheimniss der Bildung des Leibes und bei seiner Gestaltung zu dem bestimmten Zwecke des besondren Daseins. Es wirken hierbei zwei verschiedene Mächte zusammen; die eine ist jene innere, dem einzelnen Geschöpf eigenthümliche, durch welche der aufgenommene Nahrungstoff der besondren Leiblichkeit verähnlicht und zu einer organischen Gesamtheit gegliedert wird; die andre ist der Zug eines allgemeinen, äussren Lebens, welcher den werdenden Leib in eine feststehende Beziehung zu der Mannichfaltigkeit der andren Geschöpfe setzt, mit welchen und für welche er dasein und leben soll.

„EINE SCHÖPFERKRAFT DER LEBENDEN SEELE IST ES, WELCHE AUS DEM CHAOTISCH-FORMLOSEN STOFFE EIN GANSCH NEUES, ORGANISCH GEFORMTES SCHAFFET.“

„Und mehr noch als durch die Verähnlichung des ausseren Nahrungsstoffes überhaupt, gibt sich die unsichtbar, im Inneren des Leibes waltende SEELE ALS EIN NEUES SCHAFFENDES KUND, WENN SI DEN SPEISESAFT, DEN SIE AUS DEM GENOSSENEN FUTTER UND GETRÄNK SICH BEREITETE, IN DIE FORM DES BLUTES, DAS BLUT ABER, IN POLARISCHER ZERSETZUNG UND AUSEINANDERLEGUNG HIER ZUM FLEISCH, ZU HAUT UND HAAR, DORT ZUM FESTEN KNOCHEN, ODER ZUM BILDSAMEN NERVENMARK GESALTELT.

Quantopere autem a talibus pseudospiritualistis confundantur materialia et spiritualia ita, ut fiat materia ferme spiritualis, anima ipsa ferme materialis praeter alios multos locos, quibus vires attractionis et gravitationis, magneti &c. dicit esse rerum inorganicarum animas, non obscure intelligitur iis, quae poëlitat (I. p. 33): *Diezes unsichtbare Ergänzende (sc. materiae), welches wie die Seele in und bei dem Leibe, in und bei dem sichtbaren Gewordensein der Wesen ist, zeigt sich, gleich dem GRÜNEN GEGENBILD in einem Auge, welches vorher lange ein rothes Bild betrachtete, öfters da in seiner eigenthümlichen Kraft, wo dem sichtbar Gewordenen seine Kraft entgeht; jener erscheint da, wo dieses zu verschwinden anfängt..... Ebenso wird in dem Versfahren jener neuen Heilart (magnetismi animalis) der sichtbare*

quo modo etiam pandi mihi viam putabam qua , secutus ea , quae anatomicis et physiologicis inventis nota sunt , invenirem , quale possit esse in corpore artificium , quo fiat , ut eae partes , quae nonnisi voluntate movendae sunt , aut quae saltem , ut cum eo ordine fiant omnia , quo a ratione jubentur , voluntati subjectae esse debent , moveri aliquando possint *praeter* voluntatem , immo etiam contra voluntatem.

Si enim cum corpore conjuncta est anima ad unum hominem efficiendum et si corpus est animae instrumentum automaticum ; necesse est animam in plerisque suis operationibus , saltem quae fiunt circa res sensibus percipiendas , dependere a corpore , corpusque vicissim dependere ab anima ; scilicet , quod anima res creatas non potest cognoscere , nisi quo modo per corpus de iis nuntietur ei , et earum quasi imago praesens praebatur ¹⁾ , et quod vicissim cor-

Bestand des Stoffes fast unmerklich gemacht, nicht aber zerstört. Es tritt nun in seiner ganzen eigenthümlichen Wirksamkeit das unsichtbar Ergänzende hervor; die verhüllten Kräfte der Seele entfalten sich, der schlafende Funke entzündet sich zum hellen Lichte. (clara visio)? l &c.... et pag. 387 ubi agens de generatione et vita foetali, comparando dicit, corpus fieri ex anima, sicuti flos efflorescit sua gemmā: „Wenn auch die Wirksamkeit der mütterlichen Seele, JENER DER NOCH NICHT ZUR LEIBLICHKEIT HINDURCH GEBROCHENEN SEELE DER FRUCHT, eben so laut übertönt wie das Rufus eines starken Mannes die leise Stimme eines Kindes &c....

Conf. etiam , quae habet non minus , spseudospiritualista Dr. R. H. Lotze (Med. psychol.) agens pag. 45 seq. „de identitate rerum reali et ideali“ („die Identität des Realen und Idealen“) et pag. 160 seq. „de ortu et interitu animarum.“

1) Ferme quemadmodum is , qui castello inclusus eorum , quae foris sunt atque aguntur , nihil potest scire videre , nisi habeat opposita in parietibus specula quaedam , quibus transeuntium circumdantiumque repercussae ei imagines opponantur ; aut quemadmodum belli dux de iis , quae in remotis pugnae locis geruntur , non nisi per nuntios potest cognoscere , quibus ipse dein mandata sua defert .

pus, quamvis sit mobile et automaticum, tamen non movetur ad quae moveri utile et consentaneum est, nisi animae imperio dirigatur; haud aliter quam fit in navibus et curribus vapore actis, qui moventur quidem ipso suo artificio, sed qui, ut moveantur quo et quando et quam celeriter convenit, indigent homine rectore et gubernatore. Atqui hinc fit, ut hac invicem corporis atque animae mutua dependentia decepti (si tamen non ipsi se decipiunt), materialistae opinentur, et aliis persuadere conentur, corpus et animam esse *unum materiae physiologicum*. Nam quod cum corporis incremento etiam animae vires augeri videantur; quod cum irritabiliore delicatoris feminei corporis habitu etiam conjunctus sit subtilior animae sensus; quod cum citiore sanguinis circulatione major etiam sit juvenum animositas et audacia; quod in decrepita senectute, quum corpus marcescit, acies oculorum minuitur, ceterique sensus omnes redduntur obtusiores, etiam vires animae saepe minui paulatim, ingenium minus promptum, et judicium tardius fieri videamus; quod denique ipsi corporis morbi, regionis situs, ipsaque aëris temperies efficere videatur, ut, quo saniores sumus, eo etiam melius mente valeamus, et quo amoenoire loco et sereniore coelo degimus, eo etiam alacriores simus: quid hisce omnibus persuaderi, aut probari potest aliud, quam mutua corporis atque animae, quam diximus, dependentia, qua fit, ut quo magis perfectum et agile est corpus, eo etiam melius possit anima et promptius respondere sensationibus, et quo melius habet corpus, eo etiam perfectius animae inservire. Nam profecto non sine aratro colit agrum arator, non sine scalpro efficit statuam sculptor, nec sine penicillo et coloribus pingit

imaginem pictor. Quemadmodum autem artificem aut operarium novimus dependere ab iis rebus, quas arti ac labori solent adhibere, sic etiam anima dependet a corpore, sine quo non potest repercussas rerum imagines accipere intelligendas; sed quemadmodum pulcherrime scribens aliquis non potest nitidas et concinnas ducere litteras, si utitur stylo obtuso, aut is, qui utitur speculo male polito, concavove, ipse se vilior aut major videbitur ex ista imagine, sic etiam anima male judicabit res, si inculta eas judicat imagine per sensum forte male habentem sibi data. — Sed tamen novimus ipsos etiam aegrotos et senes, de iis rebus, quae sensibus non subjacent, justissima saepe proferre judicia, quin immo homines posse dolores suos dissimulare ipsosque cruciantes se illudere voluntate, quam sensu fortiores, quod profecto non possent, si non esset eorum anima a corpore distincta. Quare non in corpore solo, uti volunt materialistae, quarenda est *unitas physiologica*, praesertim quum luce clarius possit ostendi corpus materiale iners non posse cogitare et velle; sed in *unione corporis et animae*; non in *aggregatione partium similium*; sed vel maxime *in nexu conspirationeque et quasi concentu harmonico* diversorum. — Jam vero scimus animam de iis, quae eam circumdant, fieri certiorem sensu, sive is sensus sit gustus, vel odoratus, vel auditus, vel visus, vel tactus¹⁾), accedere vero ad ea corpus vel discedere ab iis, ad quae moveri aut a quibus amoveri velit libera anima.

Sensus igitur quomodo fiat, et quomodo deinde sen-

1) Sic est visus tamquam animae pictor, accuratas ei rerum imagines depingens; auditus continuo invigilans praeco; tactus rerum mensor ac ponderator; gustus chemicus examinator.

sui congruus fiat motus, quae viae pateant a rebus exteris per corpus ad animam, quaeque vicissim ab anima ad res et quae harum viarum mutuae inflexiones sint et quasi bivia, id videtur esse examinandum.

Constat autem certis multorum annorum et anatomiae et physiologiae inventis, tum sensum, quum motum fieri nervorum interventu. Constat etiam sensations suis ex singulis corporis partibus nervis, quos *sensitivos*, et motus pariter suis nervis, quos *motorios* vocant, ascendentes et descendentes per medullam spinallem conduci ad cerebrum et a cerebro deduci ad partes movendas. Unde notae sunt primae illae physiologiae leges duae, scilicet conductionis *centripitae* et deductionis *centrifugae*, atque ita alios quasi nuntios praestet habet anima, quibus certior fiat de iis, quae intra et circa corpus fiunt, alios, quibus ad partes varias, ut moveantur, quo convenit modo, mandare ac deferre possit.

His jam ex anatomia et physiologia mihi datis ita mecum ipse coepi cogitare: Variae mutationes et sensations conduceantur ad animam conscientiam sentientem per nervos sensitivos, et varii, quos vult anima motus, ad partes deducuntur per nervos motorios; *necessere ergo est, ut nervi tum sensitivi tum motorii sint integri et continui cohaerentes cum cerebro et iis partibus, quae sentiuntur et moventur*. Atqui hoc etiam ita esse, dubitari non licet, quum videamus omnem sensus conscientiam subito extingui, omnesque motus voluntate frustra intentari, quam primum ii nervi a cerebro intercepti sunt, quorum ope moveri aut sentiri partes noscuntur. Sed tamen quia multi motus fiunt nihil sentiente et nihil volente anima, et alii saepe motus in aegrotis fiunt, ad ipsorum defatigationem et

quantumvis oblectari conentur, etiam necessarium arbitrabar esse, ut nervi motorii ac sensitivi quantumvis op̄teat, sint intergri ac continui ad cerebrum pertinentes, habeant tamen aliquas conjunctiones et quasi in invicem transitus, quibus, quae ducuntur per nervos sensitivos sensationes, possint, antequam ad sensorium pervenerint, aut si, quominus perveniant, impediuntur, transeuntes excitare motus correspondentes. Hac enim ratione intelligeretur non solum, quomodo fiant motus illi voluntati nullatenus subjecti, sed toti automatici, verum etiam illi ceteroquin voluntati subjecti, sed nonnunquam praeter ac contra voluntatem incitati. Nam primi isti, voluntati non subjecti, intelligerentur fieri stimulo aliquo in nervo sensitivo excitato, qui non pertingens ad cerebrum, statim per conjunctionem illum transeat in suum nervum motorium. Hi ergo etiam nervi sensitivi male eo nomine dicerentur, quum nihil in iis sentiatur, sed potius *excitantes*¹⁾ dicendi forent aut *stimulantes*. Intelligerentur vero dein etiam alii illi motus voluntati ceteroquin subjecti, sed praeter ac

1) Neque tamen existimet quis, me hic velle redire ad sistema *excitomotorium* Marshall-Hall, initio a me confutatum. Nervos enim suos *incidentes* et *reflectentes* Marshall-Hall imaginatus est interponi tanquam proprium sistema, ut videre est in ejus libro, inter *systema cerebrale et spinale*, vel etiam *cerebrale et spinale* inter et *sympathicum* (vide, quae pag. 26 ex ejus opere relata sunt; nam ipse, quo loco interponeret nescivisse videtur), nullo modo cum nervis sensitivis et voluntate motoriis connexum; ego vero non novum nervorum sistema, sed noti nervi novum nomen sufficere volui. Deinde etiam *Marshall-Hall* istud sistema *excito motorium* valere vult in omnibus omnino motibus reflexis, sive isti fiant muscularis voluntariis, sive voluntati non subjectis; ego vero *excitantes* eos nominavi nervos, qui serviunt stimulo non ab anima percepto, nec percipiendo, sed *automatice* motis partibus deducendo (v. g. *intestinorum*), dum ii, qui cum sensorio communi conjuncti sunt, dicuntur *sensitivi*.

contra voluntatem aliquando incitati, quomodo possint fieri. Nam primo quidem animâ aliis rebus intentâ atque abstractâ, si subitus casus supervenerit, posset, antequam correspondentes et junctos nervos motorios coercere aut moderari valeat voluntas, transire sensationis ille stimulus ad motum producendum; deinde autem hacce re in aperto etiam esset cur nervus sensitivus incitatus, si morbo vel pressione vel dissectione ea parte, quae est superior, quam qua jungitur cum nervis motoriis, interceptus sit a cerebro, totus quasi exoneretur in nervum vel nervos suos motorios junctor; et tandem ob eandem causam etiam posset explicari, cur capite secto motus reflexi facilius possint concitari, quam dum animal illaesum est, et quare in membris paralyticis, quae voluntate moveri nullo modo possunt, saepe ad levem titillationem motus insciis aegrotis ori- antur; contra vero cur capite non resecto, et in mem- bris sanis, non paralyticis motus iidem retineri queant. Nam in primo quidem casu voluntas aut ablata, aut saltem praepedita est, ita ut partes automaticae totae sensationis transitui pateant; in secundo vero casu sensatio ista simul etiam ad animam pervenit et po- test igitur anima admonita continere motus excitandos. Singula igitur haec plane etiam convenient cum iis, quae in aegrotis abservantur, qui laborant fractura, distorsione aliave laesione simili spinali, et non leviter comprobantur iis, quae in animalibus capite plexis, aut medulla spinali transverse secta, aut nervorum radicibus dissectis, tentari atque excitari posse experti omnes physiologi testantur.

Atqui quum, resectis a medulla spinali nervorum tum sensitivorum tum motoriorum radicibus, extingua-

tur non tantum sensus, verum etiam deperdatur movendi facultas in iis partibus, ad quas nervi illi pertinent; contra vero extineto cum resecta nervi sensitivi a medulla spinali radice sensu, motus tamen non impediatur, quamdiu nervorum motoriorum radices integræ cohaerent cum ea medullæ parte, quæ est infra locum suæ disjunctionis a cerebro, primum est concludere nervos motorios, si quomodo juncti sunt cum sensitivis, intra medullæ tractum iis junctos esse debere.

Itaque circumspiciens ea, quæ anatomici potuerant invenire, primam quidem offendit sententiam eorum, qui tenent singulos nervorum tubulos non intermissos tractu ascendere usque ad cerebrum, neque ulla ullibi inflexiones, quibus concurrant, detegere se potuisse confitentur. Placebat haec sententia, quia conveniebat cum primis istis legibus physiologicis »*conductionis centripetae* et *deductionis centrifugae*: displicebat tamen, quia nusquam dicebantur conjungi nervi, aut in invicem inflecti sensitivi (excitantes) et motorii intra medullæ spinalis tractum. Nam quod *Valentinus* quidem propugnat, nervorum tubulos in cerebro et in extremis corporis partibus in sese ansis quibusdam inflecti, id praeter alias multas et graves difficultates, quae inde oriuntur, sed quas hic ultra persequi neque utile neque necessarium est, ad explicandos motus hos reflexos nihil conferre posse videtur. Non enim intelligeretur, qua ratione capite abscisso nervi impressiones suas sibi deferre possint; aut saltem non intelligeretur, si scilicet intra medullam nusquam conjunguntur, qua ratione, si quo medulla superiore et inferiore loco transverse secatur, motus possint ex-

citari in iis partibus, quae nervos suos sortiuntur ex ea medullae parte, quae est intra utramque sectionem, uti fit v. g. in angue dissecata. Quamquam autem multi in hanc primam sententiam, qua dicuntur omnes nervi continui ad cerebrum ascendere et ex cerebro descendere, insurrexerunt propterea, quod pugnare cum forma medullae spinalis eam contendunt, tamen non rejiciendam idcirco omnino putaveram. Non enim satis considerasse hi videbantur mihi, non propterea augeri continuo crassitie debere medullam, quod novi continuo nervi accedunt, sed quod novi et crassitie sua non diminuti accedunt. Si enim nervi per medullam ascendentibus continuo volumine suo decrescerent, non solum non necesse esset, ut augeretur volumine suo medulla ascendens, utut plures continuo nervi, sed pariter decrescentes, accederent, verum fieri etiam posset, ut etiam aucto nervorum numero, medullae tamen volumen non augeretur, quin immo etiam decoresceret. Igitur quod ea sententia dicebantur nervi ad cerebrum continui pertinentes, id placuit; quod dicebantur nusquam inter se conjuncti, id in explicandis motibus istis reflexis difficultatis non leve quid videbatur habere.

Aliam deinde inveni sententiam eorum, qui oppugnant primam sententiam tenent, sequuti disquisiciones anatomicas *Volkmanni*¹⁾: nervos originem suam

1) Quum haec scriberem, non legeram ipsum *Volkmanni* opus; sed nota mihi haec ejus sententia erat tantum ex operibus anatomicis, pathologicis et physiologicis maxime *Hyrtl*, *Wunderlich* et *Valentini*. Postquam autem haec scripta jam pro more academico tradideram mense Junio amplissimo promotori meo, clarissimo professori *F. C. Donders* examinanda, admonuit me amicissime vir is clarissimus, ut legerem, quae ipse *Volkmannus* scripserat in «*Dictionario physiologico*

ducere ex medulla spinali et negant horum cum cerebro, saltem omnium, continuitatem. Non negabo equidem hanc originem, quin potius defendam, quum posterioribus multorum inquisitionibus satis certo de ea re statui posse videatur. At vero non adeo quaeritur de nervorum origine, quam de eorum collocatione et conjunctione tali, ut possint esse 1^o viae, quibus sensationes ad animam conscientiam pertingant, jussique motus deferantur, seu ut possint inservire legibus istis duabus *conductionis centripetae*, et *deductionis centrifugae*, et 2^o ut possint esse viae, quibus stimulus sensationis ad cerebrum non perveniens, (saltem non ad animam conscientiam), possit transire ex nervis sensitivis in nervos motorios.

Nam, quia resecto capite aut transverse secta medulla, sensus et voluntas extinguitur in iis partibus, quae sunt infra locum sectionis, juste infertur, sensum et voluntatem esse in cerebro, et quia sensus et voluntas nequeunt esse, nisi in anima, juste etiam infertur, animam esse in cerebro¹⁾. Quamquam autem

Cl. R. Wagner, utque nil intentatum sinerem, quo praeclarum hoc opus mihi compararem. Nova igitur et majori data opera (nam ante jam saepius desideraveram), tandem contigit, ut ab amico ille liber pro tempore legendus mihi concederetur. Studiose igitur legi atque relegi totum istum *"articulum"*, et quamquam, saltem meo judicio nihil in eo inveni, quod ad explicandos motus reflexos facere posse videretur, plurima tamen inveni inter ea, quae *Volkmannus* ibi disputat de *nervo sympathico*, quae ad illustranda ea, qua in hacce dissertatione de *automatica corporis indole* disserui, non leve pondus videntur habere. Haec ergo inferiore loco his adjungenda statui, grates referens clarissimo promotori meo. Ipsi enim haec debeo, quia si non adeo adhortatus fuisset, procul dubio neque contigisset ea legere, quum ipse jam dudum de comparando isto magno et eximio opere desperasset.

1) Quapropter, etsi non desint, qui negent esse animam, tamen vix erit aliquis, qui non consentiat in cerebro sentire et agere $\psi u\chi \hat{\eta} \nu$ (?), ita ut ipsi materialistae, pro materiali sua utique rerum

juste nequit dici anima in cerebro occupare locum, aut sedem habere, utpote quae, *immaterialis* et *simplex* quum sit, referri ad materialia et extensa non potest, tamen quia finita est, (non extensione quidem, sed intensione seu activitate finita), consentaneum est, ut habeat aliquam quasi sphaeram, seu latitudinem activitatis, intra quam ea, quae percipere aut sentire debet, satis ei praesentia sistantur¹⁾ ut possit percipere

intelligentia, dixerint cerebrum *organum intelligens*, dum esse non potest, nisi *organum intelligentis*.

1) Non sine acumine, ut assolet, ad sensum magis effinxit haec Lotze: »Wir wollen uns einen thierischen Körper denken, der aus «allenthalben gleichartiger Masse bestehend, ohne innere Gliederung «und Organisation doch in irgend einem seiner Punkte eine Seele «einschliesse. Seine gleichartige Substanz könnte leicht von den an-«kommenden äusseren Reizen Erschütterungen erfahren, die für ver-«schiedene Eindrücke verschieden, sich durch die gesammte Masse «verbreiteten und mit einem Theile ihres Einflusses auch den Sitz «der Seele berührten. Eine grosse Mannigfaltigkeit qualitiv verschie-«dener Empfindungen würde daher der Seele sicher sein auch bei «dieser unvollkommenen Organisation, die weder besondere Zulei-«tungswäge der Eindrücke, noch Centralorgane ihrer Verarbeitung (?) «besässe

• • • • • Gefühle und Strebungen würden in ihr aus dem Lauf «dieser verschiedenartigen Zustände eben sowohl als in höher orga-«nisierten Wesen entstehen können, und selbst Handlungen nach aussen «würden ihre Ziele treffen, auch ohne dass eine räumliche Vorstel-«lung derselben vorherginge. Denn setzen wir voraus, was vielfache «Analogen gestatten, dass die homogene Substanz dieses Thierkö-«pers auf Reize contractil sei, so wird jeder Theil, den ein äusserer «Eindruck unmittelbar und mit voller Kraft traf, in grösserem Masse «als die übrigen, in einen Zustand der Zusammenziehung versetzt, «und so ganz natürlich eine Bewegung des Körpers nach der Seite «des Angriffs hin erzeugt werden. Ohne daher von ihrem eigenen «Körper, von der Lage seiner Organe und der Objecte eine räum-«liche Anschauung zu besitzen, würde diese Seele dennoch in Ue-«bereinstimmung mit den äusseren Umständen leben und ihre Bewe-«gungen zwar nicht selbst ausführen, aber ihr Geschehen doch we-«nigstens durch neue eigenthümliche Gefühle wahrnehmen können.
Mit der wachsenden Mannigfaltigkeit der körperlichen Organi-«sation wächst auch das Bedürfniss, für den Zugang der Eindrücke

et agere convenienter. Quemadmodum enim, ut supra jam animadverti, is, qui castello inclusus est, non potest videre nec rescire quidquam eorum, quae foris sunt, nisi per specula ei rerum imagines exhibeantur, aut nisi per nuntios, quae aguntur, ei nuntientur; vel quemadmodum oculis nostris, etsi longissime patent, non distincte valemus videre, nisi quae certo intervallo

„zur Seele bezondere Wege offen zu halten oder zu schaffen. In einem Körper, der aus Knochen, Muskeln, Blutgefassen und parenchymatischen Organen aller Art besteht, würden die äusseren Eindrücke, von der Oberfläche zu dem Sitze der Seele hinstrebend, bei jedem Uebergang aus einem dieser Medien in das andere Widerstände, Zerstreuungen und Ablenkungen erfahren, durch welche sie entweder an der Erreichung jenes Ziels ganz gehemmt werden, oder nur verworren und abgeschwächt sich bis zur Seele hindurchkämpfen würden. Innerhalb des übrigen Körpers der höheren Thiere bildet deshalb das Nervensystem einen vielfach verschobenen und in seiner Gestalt wunderlich ausgezackten Rest jenes sensiblen Leibes, den wir vorhin voraussetzen. Mit langen, faserförmigen Fortzäften drängt es sich durch die Zwischenräume der aufgelagerten Knochen, Muskeln und Häute hindurch, überall diese Bedeckungsschichten spaltend, und der äusseren Welt wenigstens Ausläufer jener sensiblen Substanz zuzusenden, und ihren Eindrücken Wege darzubieten, auf denen sie in demselben stetigen Medium fortlaufend mit Bewahrung ihrer Form und unabgeschwächt durch seitliche Zerstreuung, den Sitz der Seele erreichen können. Für diezen selbst aber gilt fort, was wir oben annahmen. Es ist nicht nöthig, dass alle jene zuleitenden Fäden der Nerven in einen einzigen Punkt verschmelzen, an welchem die Seele sich befände, es reicht hin, wenn sie alle in ein nervöses Parenchym einmünden, das der allseitigen Verbreitung der Erregung keinen Widerstand mehr entgegensezt und sie daher wenigstens mit einem Theile ihrer Wirkung gewiss auch die Substanz der Seele erreichen lässt. Würde doch ohnehin, falls eine Durchkreuzung aller Fasern stattfinden sollte, dieser Schluss des ganzen Nervengewölbes nicht ein mathematischer Punkt, sondern stets eine räumliche Ausdehnung sein. Diese grösser oder kleiner anzunehmen, macht für das Princip der Ansicht keinen Unterschied, und der Mangel eines einzigen Centralpunktes im Gehirn würde mithin der Annahme, dass die Seele in ihm doch einen bestimmten und feststehenden Sitz habe, keineswegs entgegenstehen.“ (Med. Psychol. pag. 116—118).

tantum a nobis distant; sic etiam existimandum puto esse de anima sentiente. Etiamsi igitur non possit indicari praecise locus animae in cerebro, tamen quia est anima in cerebro, necessarium est omnes nervos *motorios* et *sensitivos* in cerebro convenire.

Quam ob rem cum ista nervorum ex medulla spinali origine parum ad intelligentiam legum physiologicarum videbatur profectum, praesertim *sensus* ac *motuum reflexorum*. Quamquam enim legeram in opere anatomico *Dris. J. Hyrtl*¹⁾, ortum nervorum ex medulla ita esse intelligentum, ut ex pluribus nervorum motoriorum radicibus pauca tantum his juncta fila ad cerebrum pertineant, pariterque pauca tantum fila ex pluribus nervorum sensitivorum radicibus ad sensorium commune ascendant; tamen ea re, quantumvis argute excogitata sit, et quamvis etiam in explicandis motibus *voluntariis* valere possit, 1° non potest explicari, quomodo paucis istis filis sensitivis posset anima percipiens distinguere *singulares ex singulis corporis partibus* advenientes affectiones, et 2° quia ista fila sensitiva et motoria non conjuncta aut in invicem non transeuntia sunt, neque potest ea re explicari, quomodo fiant motus reflexi.

Non exiguum autem lucis afferre videbantur ea, quae invenerat *J. Budge*, scilicet radices nervorum posticorum, sive nervorum sensitivorum, saltem apud ranas dividi in duas partes, quarum alia recta ascendit ad cerebrum, alia transversa intrans ad interioriem substantiam cinereum inter corpuscula polypo-

1) Leerboek van de ontleedkunde van den mensch, in verband met physiologie en praktyk. (Vers. vern. *Dris. P. Peelen*, p. 137 in nota vert.)

laria desinit. Hac enim ultima re adjutus coepi suspiciari, si forte ista transversa parte (ope corpusculorum multipolarium?) fieret conjunctio cum nervis motoriis, quum etiam hi inter corpuscula multipolaria substantiae cinereae cornu anterioris ortum habere dicantur. Nam non necesse est, ut nervi motorii et sensitivi immediate jungantur; sed sufficit, at aliquo modo jungantur. Si ergo interpositis corpusculis multipolaribus jungerentur, ex quibus oriuntur, sufficeret, ut ea corpuscula, ex quibus oriuntur nervi motorii, filo nerveo cohaereant cum sensorio, quo filo anima motus stimulum retinere possit. Posse enim retinere nos istum stimulum, certissima conscientia teste dubitari nequit. Similia namque in multis machinis nostris videri potest quotidie. Si attendimus v. g. vel ad eas campanulas, quae sunt ad domuum nostrarum portas, quae dum filo quodam cum cubiculo nostro junctae sunt, simul alio filo junguntur cum cubiculo ancillarum, a quibus janua est aperienda; sed quibus aperire non licet antequam dato signo id velle nos indicaverimus. Quamvis autem ancillae sint intelligentes, corpuscula vero non intelligentia; tamen, dummodo juncta sint cum sensorio, perfectius haec etiam, quam ancillae obedient, hoc ipso quod non sunt intelligentia.

Legi dein, quae ex opere *Köllikeri* (»*Handbuch der Gewebelehre*«) refert D^r. C. A. Wunderlich in opere suo, quod transtulit in vernaculam linguam D^r. J. H. Jansen: (»*Handboek der Pathologie en Therapie*«): »Volgens hem, (KÖLLIKERUM) trekken de motorische vezelen der peripherische zenuwen, nadat zij in de voorste en zijdelingsche strengen ingetreden zijn, in horizontale rigting door de witte zelfstandigheid en komen in de voorste

hoornen der grijze zelfstandigheid. Daar gaan de eene en wel inzonderheid de verst naar binnen ingetredene bundels, zonder vlechten te vormen, in de binneste deelen der voorste hoornen regt rugwaarts en iets naar binnen, treden door de inwendige groepen der veelstralige groote zenuwcellen door, echter zonder met de verlengsels dezer cellen zamen te hangen, strekken zich tot de zijdelingsche deelen der voorste commissuur uit en zetten zich ten slotte onder eenen sterkeren of zwakkeren boog zoo in de longitudinale vezelen der witte zelfstandigheid voort, dat de motorische wortelvezelen der regterzijde in de linker voorste strengen der witte zelfstandigheid, die der linker in de regter overgaan, dat alzoo in de witte commissuur niet slechts een zamenhang van dit deel der motorische wortels met de longitudinale vezelen der voorste strengen, maar ook eene totale kruising der eersten plaats heeft. Een ander deel der motorische vezelen neemt volgens KÖLLIKER aan deze kruising geen deel, verloopt veel meer in kleinere bundels of enkele vezelen opgelost, ten deele regt rugwaarts, ten deele boogvormig naar buiten; zij wenden zich ten slotte naar de voorste helft der zijdelingsche strengen, in welke zij in horizontaal verloop verschillend ver indringen, dan naar boven ombuigen en als longitudinale vezelen verder verloopen. De achterste gevoelige zenuwwortels treden dwars door de longitudinale vezelen der witte zelfstandigheid naar de achterste grijze hoornen, lossen zich in kleinere bundels op en volgen in de grijze zelfstandigheid twee wege: de eenen buigen zich boogvormig opwaarts, verloopen in het achterste gedeelte der grijze zelfstandigheid en sluiten zich allengs aan de longitudinale vezelen der zijdelingsche strengen

aan; de anderen dringen verder naar voren en verliezen zich ten slotte in de achterste en zijdelingsche strengen en dringen ook in de grijze commissuur." — Addit deinde Wunderlich:

»Het lijdt geen' twijfel, dat deze verhoudingen van het verloop der vezelen, indien zij zich verder bevestigen, voor de pathologische feiten en inzonderheid voor de kruising der bewegingsverlammingen van groot gewigt worden; DOCH HET ZOU VOORBARIG ZIJN, ZE VOOREERST VERDER THEORETISCH TEN NUTTE TE MAKEN." Cui ultimae istius conclusionis parti haud adeo potui assentire, ut potius cum iis, quae ipse, licet nullis propriis anatomicis aut microscopicis investigationibus ductus, *a priori*, ut vocant, excogitaveram, magis viderentur convenire; nam primo quidem ostenduntur etiam nervi motorii ascendere ad cerebrum, quemadmodum id ex inventis a *Budge*, de nervorum sensitivorum parte fuerat demonstratum, deinde vero quemadmodum *Budge* viderat partem aliam nervorum sensitivorum inflecti transversam inter corpuscula multipolaria substantiae cinereae et ad commissuram, sic etiam *Kölliker* motorios nervos ad eas partes inflecti animadverterat.

Hic ergo rerum cardinem et conjunctionis vias inter motorios et sensitivos nervos positas esse non immerito opinabar¹⁾). Verum sicut ipse in confellendo systemate

1) Postquam haec jam typis, ut imprimarentur, tradideram, legi in: CANSTATT'S *Jahresbericht*, p. 62: P. OWSJANNIKOW sah beim Menschen mehrfach Fasern der vorderen Wurzeln in Verbindung mit „Ganglienzellen der Vorderhörner, und letztere sah er häufig einen Fortsatz nach der grauen Commissur zu absenden. Bei Fischen beobachtete er, dass die Zellen der beiden Vorderhörner wirklich durch die Fasern der vorderen Commissur mit einander in Zusammenhang stehen, und glaubt hieraus, sowie aus jenen, wenn auch nur unvollkommenen Beobachtungen, auf den Menschen schlieszen zu

a *Marshall-Hall* excitato professus sum, in rebus materialibus et sensibus obviis non valere ratiocinia, quae dicunt, *a priori*, antequam etiam per experientiam re sensibus patesfacta, comprobentur; sic etiam eadem necessitate magnopere premi me sentiebam. Ingemiscebam ista tanta difficultate, laboremque hunc tam fortiter susceptum, tanto tempore, tot vigiliis, tantaque animi contentione continuatum dejectus animo paene frustratum, (si tamen frustratus labor dici possit, quo efficeram saltem, ut scirem, quid quaerendo oporteat invenire), ad alia tempora reponendum meditabor, donec aut alios anatomicorum libros legisset, aut ipse etiam de penitiori medullae spinalis conditione

„dürfen. In den Hinterhörnern, besonders nach ihren Spitzen zu, fand Owsjannikow gar keine Ganglienzellen und meint, das was „Andere dafür gehalten haben, seien Kerne des Bindegewebes gewesen. Auch die gelatinöse, sogenannte *Rolandosche* Substanz hält Owsjannikow für Bindegewebe. Bei Fischen kamen ihm Ganglienzellen ebenfalls nur in der vordern Hälfte der grauen Substanz des Rückenmarks vor und auf Querschnitten gingen von jeder dieser Zellen drei Fortsätze aus, von denen *der eine in die vorderen, der andere in die hinteren Spinalnervenwurzeln*, DER DRITTE DURCH DIE COMMISSUR ZU DEN ZELLEN DER ANDEREN RÜCKENMARKSHÄLFTE VERLIEF. Diese drei Ausläufer verhielten sich übrigens gleich, und erklärt sie Owsjanukow für Axeneylinder, mit Ausnahme der Ganglienzellcommissuren, welche als eigenthümliche Fasern zu betrachten seien. Auf Längsschnitten des Rückenmarks wurde beobachtet, dass jene Zellen, mit welchen alle Fasern der Nervenwurzeln sich verbinden, einen vierten Ausläufer gerade zu nach oben aussenden; welcher sich vom Centraleanal des Marks allmählich weiter entfernt, wodurch die weisse Substanz gebildet wird, welche je weiter nach dem Hirn zu desto umfangreicher wird. Ob die Ganglienzellen noch mehr, als diese vier Ausläufer besitzen, was bei Petromyzon und Ammocotes beobachtet wurde, ob die Zellen einer und derselben Rückenmarkshälfte unter einander in Verbindung stehen, blieb zweifelhaft.“ Sed omnia haec mox pulcherrime et accurassimè à nostrate clarissimo Schroeder v. d. Kolk descripta referam.

potuissem inquirere. Anxius et multum agitatus hisce meditationibus die quodam ingressus sum ad bibliopolam, audivique fortuito novum ante aliquot tempus editum fuisse opus a Clarissimo nostro *J. L. C. Schroeder van der Kolk* de eadem illa re¹⁾. Perterritus sum primo, non enim dissimulem, ne quid a tanta auctoritatis viro diceretur, quod cum iis, quae statueram ipse, minus conveniret. Jussi tamen afferi opus, neveram enim non tantum praestantem inter primos viri clarissimi doctrinam, sed neveram etiam ingenuum animi candorem, cuius sane egregium praebuit testimonium, quum scripsit in opere: »ALBUM DER NATUUR» (vijfde aft. 1852). »DE ZELFSTANDIGHEID DER ZIEL, gestaafd door eene beschouwing van den mensch in zijne verschillende ontwikkelingstijdperken». Egregie enim etiam eo loco egit rem animae immortalis contra materialistas, quamvis tamen non omnino potuerim assentire iis, quae de ipsa animae substantia dixit ibidem. p. 137: »Het is naar mijne meening voor een groot deel de ongelukkige onderscheiding van STOFFELIJK en ONSTOFFELIJK, die hierin tot zoo vele verwarring leidt. Zoude men niet veiliger doen, door in de Natuur te onderscheiden, WAT WIJ DOOR ONZE ZINTUIGEN KUNNEN WAARNEMEN, EN HET GEEN DAARAAN ONTTROKKEN IS? Wie geeft immers ons het regt om te beslissen, dat de perken der Natuur niet de grenzen onzer zintuigen overschrijden en dat in hare schatkameren geene zelfstandigheden bestaan kunnen, die wij niet waarnemen, niet meten noch wegen kun-

1) *Anatomisch physiologisch onderzoek over het fijnere samenstel en de werking van het ruggemerg*, door *J. L. C. SCHROEDER VAN DER KOLK*. Uitgegeven door de Koninklijke Akademie van Wetenschappen, 1854.


nen? Liever wil ik dan onzen geest houden voor eene zelfstandigheid buiten het bereik onzer zintuigen en ontrokken aan de stof der aarde, DAN EEN GELOOF OPGEVEN, HETGEEN DOOR DE NATUUR ZELVE ONS IS INGESCHREVEN. Is het immers een door de Natuurkundigen algemeen aangenomene stelling, dat geene stof, geene zelfstandigheid, zelfs niet het kleinste atoom uit de schepping verdwijnt, dan moet ook deze hooge zelfstandigheid onsterfelijk wezen". Nam primo quidem ista *materiale* inter et *immateriale* distinctio omnino retinenda et necessaria mihi esse videtur, quum res materialis, etsi sentiri aut videri aut gustari, uti pleraque gaza, nequeat, propterea tamen non cessest esse materialis, esse scilicet *extensa*, *partibus etiam si sui similibus composita*, et INERS. Deinde vero voluisse, ut distinxisset praeclarissimus auctor inter non *disparere*, (niet verdwijnt) et *immortalem esse*. Sicut enim *existentia* rei nondum est *vita* rei, sic etiam *persistentia* rei nondum est *immortalitas* rei. Ergo etiam hac ratione ingenti discrimine distare vel simplicem materiae atomum a simplici nostra anima confitendum est, scilicet *vita propria seu spontaneitate*.

Jtaque magna aviditate novum illud praestantissimi viri opus coepi legere, dieque noctuque incubui studendo; sed quanto repletus sum gaudio, quanta laetitia exsultavi, quum non modo nihil invenissem, quod pugnaret cum iis, quae meditatus fueram ipse, sed quum omnia ista hujus tanti viri disquisitionibus anatomicis confirmarentur et comprobarentur, et iconibus etiam, quas pulcherrime et accuratissime a seipso delineatas operi isti non satis celebrando affixit, describerentur singula ad amussim, quac non nisi ad uni-

versalem conspectum et quasi grossiori modo potueram mente concepta adumbrare. Quam ob rem nihil scivi facere melius, quam relicta omni commentatione, transscribere huc praeципua ea, quibus, quae ratiocinando statueram ipse, prabari et demonstrari anatomice posse videantur. Ex his enim patebit, (ita nempe jam liceat breviter praemonere) 1° leges duas primarias istas, quas adeo censueram esse retinendas, ut totam disputationis meae partem physiologicam his super duxerim esse construendam, *conductionis scilicet centripetae ac centrifugae*, quas alii impune etiam inverti posse presumunt, intactas et immutatas servari, quum invenerit anatomiae peritissimus vir *vias illas conjunctionesque* inter nervos, quas dixi, revera existere; quum autem nervi illi, per quos excitari motus reflexos putat, non ad cerebrum adscendant, patebit 2° etiam, cur isti motus fieri possint invitis nobis, etsi animi simus compotes; sed demum etiam patebit, cur saepè firmiore voluntate spasmos illos retinere valeamus, quum viderit nervos istos conjuncotos esse cum aliis filis nervis, motoriis, quae ipsa cum cerebro cohaerent¹⁾.

Sed jam audiamus ipsum:

1) Conf. cum his, quae dicta sunt p. 91—94 et p. 100.



CAPUT IV.

DICTA ANATOMICE CONFIRMANTUR.

Postquam cl. auctor retulit, quae jam ante ipsum viri alii (praesertim *Clarke*, *Volkmann*, *Schilling*, et eximius *R. Wagner* et *Gratiolet*) de nervorum ex corpusculis multipolaribus origine, horumque corpusculorum inter se conjectione descripserant, pergit pag. 28: »Wat vooreerst betreft de onderlinge verbinding van de multipolaire ganglienkogels door middel van hunne verbindingssdraden, zoo hebben wij ons hiervan in een aanzienlijk getal praeparaten zoo zeer overtuigd, dat dit geen den minsten twijfel kan overlaten, en wij vermeenen thans in staat te zijn, ook den ongeloovigste, indien hij voor overtuiging vatbaar is, door het toonen van onze praeparaten, hiervan het bewijs te leveren»

»Somwijlen zijn twee gangliencellen nabij elkanderen met een vrij dikken draad verbonnen; meestal is de verbinding zigtbaar of tusschen de aangrenzende, of ook tusschen verder gelegene gangliencellen, zoodat niet zelden een verbindingssdraad over de naaste gangliencel loopt zonder zamenhang, om zich met eene verdere te verenigen; som-

» wijlen hangen de cellen met meer dan eenen communicatiedraad zamen.
 » Deze gangliënellen zijn het menigvuldigst in de voorste horen, zoo als door de meeste schrijvers te regt is opgemerkt en wel bijzonder bij de intrede der zenuwen; doch ook in het midden der voorste horen zijn de gangliënellen met hunne draden in een groot aantal; echter is dit niet overal gelijk; in de lenden en cervicaalaanzwelling zijn de voorste horen der grijze stof veel breder en het aantal multipolaire gangliënellen is hier ongelijk veel groter, dan in het dorsaalgedeelte van het ruggemerg; zoo dat.... het aantal multipolaire gangliënellen in eene directe verhouding staat tot de dikte der zenuwen, die uit het ruggemerg ontspringen. Behalve dit algemeen verschil in aantal van ganliënellen, hebben wij ook de gangliënellen veel menigvuldiger gevonden op de plaatsen, waar de zenuwwortels in het ruggemerg indringen, dan in de tusschengedeelten, hetgeen dan ook geheel met het denkbeeld van den oorsprong der zenuwen uit deze multipolaire cellen overeenkomt.... .

» Eindelijk hebben wij nog bestendig eene groep gangliënellen aangetroffen, die ons zeer gewichtig voorkomen en waarvan vroegere schrijvers geen melding maken, tenzij, hetgeen mij zeer waarschijnlijk voorkomt, *Kölliker* deze cellen vermeldt, zonder echter het juiste verband aan te geven. Deze cellen liggen zeer na in eene groep bijeen, in de uitstraling der achterste graauwe commissuur, waarin duidelijk hunne draden overgaan.... .

» Intusschen zijn zij zeer duidelijk, ofschoon kleiner

»dan de cellen in de voorste horens; zij staan zeer
 »digت bijeen; ook deze groep is in de lendenaanzwel-
 »ling rijker en duidelijker.....

»Eindelijk zijn er nog afzonderlijke gangliëncellen
 »tusschen de witte mergstof of longitudinale draden;
 »zij zijn gelegen in de zijdelingsche uitloopende draden
 »der grijze stof, die zich bij eene dwarse doorsnede
 »tusschen de mergstof verdeelen.....

»Uit dit alles besluiten wij, dat, zooals *Clarke* teregt
 »heeft aangegeven, er meerdere kolommen van multi-
 »polaire gangliëncellen in het ruggemerg aanwezig zijn,
 »die zich door de geheele lengte van het ruggemerg
 »uitstrekken, waarvan die in de voorste horens de
 »voornaamste zijn; vervolgens terzijde van de achterste
 »commissuur, dan nog in het midden der grijze stof,
 »tusschen de voorste en achterste horens, en eindelijk
 »in de achterste horens zelve, als de kleinste. Deze
 »kolommen zijn echter niet te beschouwen als geheel
 »op zich zelve staande, integendeel hangen zij allen
 »meer of minder te zamen. *Vooral die uit de voorste*
»horens strekken zich uit tot tegen het begin of de
»basis der achterste horens, of het midden tusschen
»de beide horens en de hier geplaatste gangliëncellen
»hangen door hunne draden naauw te zamen met de
»groep ter zijde van de commissuren.

»Deze verticale kolommen zijn echter, in de longi-
 »tudinale rigting beschouwd, van zeer ongelijke uit-
 »breiding; niet alleen zijn zij tusschen de cervicaal- en
 »lendenaanzwelling grooter en rijker aan cellen, maar
 »ook neemt het aantal cellen toe, waar de wortels
 »der zenuwen in het ruggemerg en de grijze stof
 »dringen; zij vormen dus meer of min samenhangende

„groepen, die in eene longitudinale rigting boven elkan-
der geplaatst zijn.

„Het gewigt in eenen physiologischen zin van deze
„multipolaire cellen hangt ten naauwste te zamen met
„hare verbindingen, niet alleen onderling, maar vooral
„met de zenuuwwortels.

„Bij eene dwarse rigting (sectionis) gelukt het meer-
„malen de zenuwdraden zeer fraai en onafgebroken
„van buiten tot in den hoorn te kunnen vervolgen;
„zij onderscheiden zich in dikkere en dunne bun-
„dels, die vrij regt van buiten tot in de grijze stof
„doordringen; bij de intrede in de grijze stof liggen
„meest eenige multipolaire gangliëncellen, waarvan het
„somwijlen gelukt excentrische dräden in de zenuw-
„wortels of zijdelingsche uitstralingen te kunnen ver-
„volgen, zoo als zeer duidelijk door *Clarke* is afgebeeld,
„ofschoon hij het gewigt van dit feit niet heeft erkend.

„. „De samenhang of liever de oorsprong der
„zenuwen aan de voor- of beweegzijde uit de gangli-
„ëncellen is mij echter gelukt veel overtuigender te
„vinden in eenige longitudinale secties. Nadat men
„eerst op de dwarse snede naauwkeurig de rigting van
„den voorsten hoorn en de intrede der zenuwen heeft
„bepaald, rigte men het mes zooveel mogelijk parallel
„met de intrede der zenuw; maakt men dan in die
„rigting dunne plaatjes, die zoowel de intrede der
„zenuw bevatten, als ook tot in de grijze stof door-
„dringen, dan ziet men zeer ligt de wortels der zenuw-
„draden dwars tusschen de longitudinale vezels tot den
„voorsten grijzen hoorn doordringen. Zeldzamer gelukt
„het bij het groot aantal van gangliëncellen, dat men
„hier het verband met zekerheid zien kan; meest loopen

» de zenuwwortels tusschen de gangliënellen door en
 » eindigen zonder met deze zamen te hangen, *dat is,*
 » *zij zijn afgesneden.* Bij de dunheid van een dergelijk
 » sneedje, en daar deze zenuwwortels niet geheel regt,
 » meestal meer of min golvend verloopen, kan dit niet
 » bevremden; soms echter, wanneer men toevallig de
 » juiste rigting getroffen heeft *is dit verband dan ook*
 » *zoo overtuigend, dat het geen den minsten twijfel*
 » *overlaat.*

» In een zeer fraai voorwerp, onder meerdere andere
 » was de verbreidung der zenuwwortels bij eene dwarse
 » snede zeer duidelijk, waarvan ik eene zoo naauw-
 » keurig mogelijke aftekening gemaakt heb. (Vid. Op.
 » fig. 3). Men ziet ook hier eene vrij zware zenuw in
 » eene dunnere door het merggedeelte in de voorste
 » grijze stof overgaan, waarvan eenige draden zich met
 » gangliënellen vereenigen.

» Er kan dus geen twijfel overblijven, of de wortels
 » der beweegzenuwen ontspringen uit het ruggemerg,
 » en wel uit gangliënellen der voorste horen, die on-
 » derling zich tot een net vereenigen, en dikwijls zich
 » in meer of minder afgezonderde groepen verdeelen.
 » De hoofdvraag is dus: *op welke wijze zijn nu deze*
zenuwwortels door middel van het gangliënnet, waarin
zij overgaan, met de hersenen verbonden?

» Dat de voorste draden, die (vid. op. fig. 3. ΛΛΛ) *als dwars doorgesneden worden voorgesteld*, de dra-
 » gers van de werking van onzen wil zijn op de bewe-
 » gingszenuwen, is door alle physiologen erkend, en
 » aan geen twijfel onderhevig. Niet zoo duidelijk is
 » echter het verband aangegeven tusschen deze medul-
 » laire draden en de grijze stof. Om dit verband aan

»digst zijn, waar de zwaarste zenuwen ontspringen,
»of waar de meest zamengestelde zenuwverbindingen
»gelegen zijn.....

cerebro juncti sunt cum nervis cerebrospinalibus, id quidem mihi videtur esse factum, ut praedisponerentur¹⁾ jam omnes isti motus in musculis voluntariis, quos saepius dixi *instinctivos*, quique fiunt ad defendendum et tuendum corpus. Nam quod nervis sympatheticis possunt cieri motus etiam in partibus voluntate movendis, dummodo nervi antici (motorii) sint integri ac sani, ex multis experienciis notissimum est.

2°. Affirmari etiam mihi visa est illa, quam posueram ante, distinctio nervorum *sensitivorum* et *excitantium* sive *stimulantium*. Nervi enim cerebrospiniales omnes videntur esse vel *motorii* (voluntate) vel *sensi-*

1) Si quis forte incautus ex hac automatica nervorum dispositione, qua motus saepe fiunt quasi sapienter et ad fines certos prudenter accommodati, persuaderi sibi velit, etiam reliqua omnia, quae dicuntur animae interventu fieri in corpore, eadem illa re posse explicari; moneo ne obliviscatur, omnes illos motus, quamvis sapienter a Creatore sint praedispositi, tamen vehementer differre ab iis motibus, qui fiunt animae interventu, quum hi fiant voluntatis imperio libero, possintque etiam aliter imperati fieri, illi vero sponte quidem, sed saltem *praeter* voluntatem. Ita ut saltem id, quod voluntarium in iis est, totum necesse sit referri ad *animam libere volentem*. Neque dissentio propterea a Volkmanno, sed consentio cum dicente (p. 546). „Nicht einmal bei den willkürlichen Bewegungen regulirt die Seele den motorischen Vorgang, denn sie kennt weder die Nerven, noch die Muskeln, auf deren Benutzung es ankommt, sie giebt mehr nicht als einen Anstoss her, aus dem etwas Geregeltes desshalb hervorgeht, weil das Gestossene so geordnet ist, dass es sich ordnungsmässig bewegen muss. Wir benutzten oben das Beispiel der Panpfeife und können darauf zurückkommen. Soll die Melodie, welche das Instrument hergibt, von der Seele herstammen, so musste diese die Höhe und Tiefe der einzelnen Pfeifen, dessgleichen die Anordnung derselben unter einander kennen. Weiss dagegen die Seele von allem dem nichts, so ist die melodische Verbindung der Töne nur durch den Organismus der Pfeife bedingt, und die Seele vermittelt nichts, als den Athemstossz, welcher das weckt, was in bestimmter Form nur ruhend schon vorhanden ist. Bei den Reflexbewegungen (item in motibus instinctivis), ist die Seele nicht einmal das Weckende.“

tivi; sympathici vero omnes motorii (sponte) vel excitantes sive stimulantes¹⁾.

5°. Anatomicis illis et physiologicis *Volkmanni* rationibus adductus, suspicari demum etiam coepi, num forsitan nervi illi, qui a *Budge* et a cl. *Schroeder v. d. Kolk* per radices posteriores intrantes visi sunt inflecti transversi in interiore medullae substantiam, sint nervi *sympathici*. Nam primo quidem probavit *S. v. d. Kolk* illos nervos non esse sensitivos, nominavitque propterea *reflexores*, deinde *Volkmannus* numerando invenit quidem nervos *sympathicos* cum cerebrospinalibus iis, qui extenduntur ad musculos voluntarios, esse mixtos paucissimos (vid. sup); sed tamen invenit etiam iis, qui extenduntur ad cutem, (der Hautbedeckungen) admixtos esse plurimos *sympathicos*, »im Allgemeinen ebenso viel als dicke«. Demum ipse *Volkmannus* dicit (p. 609): »Denn die Verbindungsäste des selben (N. symp.) anastomosiren nicht unmittelbar mit den Wurzeln, sondern mit den Stämmen der Spinalnerven, nachdem diese die Rückenmarkshöhle verlassen haben, und es lassen sich zwar BÜNDEL, nicht aber einzelne Fasern auf dem verhältnissmäßig langem Wege BIS ZU DEN WURZELN MIT SICHERHEIT vervolgen.« Hac enim re adductus cogitavi, nervos *sympathicos* ex gangliis suis oriundos penetrare in interiore medullae substantiam, indeque per corpuscula multipolaria, quibus simul junguntur nervis motoriis, multiplicatos exire per radices posticas. Sed haec hypothetica tantum suspicor novis inquisitionibus examinanda. Attamen attentione

1) Hinc etiam, quemadmodum p. 8 (in not.) jam volui indicare, omnes motus, qui nervo symp. excitantur, jure dici posse videntur *motus reflexi*.

dignissimum est, omnes radices posticas conjungi cum gangliis sympathici nervi.

Tandem antequam physiologica haec linquam verbo etiam dicam, de SENSATIONIBUS, QUAS DICUNT REFLEXAS. Omnes enim physiologi, dum de motibus reflexis agunt, simul etiam loquuntur de *sensationibus reflexis*, quas autem, postquam motus reflexos explicare tentaverunt *conductione transversa* de nervis sensitivis in motorios, tamquam rem certissimam eadem *conductione transversa*, sed de nervis motoriis in sensitivos, etiam explicare se posse putant. Isto enim gladio nodum Gordianum rescindunt, non solvunt. Argumenta enim eadem, quae valent contra conductionem transversam de sensitivis nervis in motorios, valent etiam contra conductionem transversam de motoriis in sensitivos. Sed misera haec est doctorum illorum virorum inconstantia, qua persuadere sibi videntur, eadem ipsa, quae hodie vera ac certa esse intellecerunt, eras posse esse *non vera et non certa*, seu quae *pugnantia* sunt, simul etiam posse esse *non pugnantia*. Scilicet omnes tanquam rem verissimam et certissimam assumunt et propugnant, (potest enim experientia probari), leges duas conductionis *centripetae* et *centrifugae*, quarum prima viget in *solis* nervis sensitivis, seu radicum posteriorum, altera in motoriis, seu radicum anteriorum; potest enim etiam hoc experientia probari. Nihilominus autem excaecantes ipsi sese, persuadere sibi tentant, leges has non esse certas ac stabiles, praecipuas quidem illas, sed posse etiam inverti, ita saltem, ut etiam in motoriis nervis fiat conductio *centripeta*,

quousque in centro aliquo possit communicari affectio nervo sensitivo¹).

Mihi autem hisce studiis et inquisitionibus omnino alia suborta est sententia. Sed jam imprimis statuatur necesse est, *quae sint sensationes reflexae*. Confiteor autem, me nusquam apud physiologos potuisse inventire concinnam et claram istius nominis definitionem, quam hic referrem. Ex iis tamen, quae passim disputantur, ita dici posse videtur: *Sensationes reflexae sunt eae, quae percipiuntur ex iis partibus, quae actione aut motu magis continuo vehementiori aut spasmis sunt actae, defatigataeque*. Concepta et examinata hacce definitione statim primum fuit mihi suspicari ac judicare, *nihil esse in iis, quod a constante lege physiologica sit abnorme*, praesertim quum ne ea quidem conductio transversa hic valere possit, qua explicavi fieri motus reflexos, scilicet ope nervorum excitantium (reflexorum) et *transverse* in medullam penetrantium ex radicibus posticis et per corpuscula multipolaria cum nervis motoriis conjunctorum. Nam illos nervos demonstravit cl. *Schroeder v. d. Kolk* esse sine sensu; nervos vero sensitivos ipsos demonstravit rectos ad cerebrum adscendere.

1) Conf. Valentin: Op. cit. II. 1535. — Refert etiam ibidem sententiam singularem a J. Heine prolatam: „J. Heine gaf eene eenige zins andere verklaring van deze verschijnselen. Wanneer namelijk eene beweegzenuw, door den invloed van den wil, of uit andere oorzaken, verhinderd is, haar zenuwbeginsel in de spier te ontlaadden, dan hoopt zich de zenuwkracht in de met die zenuwen in verband staande centrale streek op, doet derhalve de naburige streeken van gevoelzenuwen aan en brengt zoo pijn te weeg. Heine bestempelt dit verschijnsel met den naam van beladingswet der zenuwen.” Quisque autem facile videt, haec nulli firmae aut probabilitationi inniti.

Itaque existimavi in istis sensationibus nihil esse insolitum sive abnorme. Nam quum notissimum sit, nervos extendi ad singulas partes, praesertim eas, quae voluntate possunt moveri; quumque horum nervorum sit, ad animam referre, eamque certiorem facere de mutationibus, quae in partibus variis fiunt; et quum manifestum quoque sit, ista actione continuata et motibus et spasmis effici mutationes in iis partibus: necesse erit, si nervi illi sensitivi sani sunt, et legi suae obediunt, ut has etiam mutationes, quibus afficiuntur, ad sensorium deferant, ita quidem, ut, si non jam deferrent, hoc ipsum insolitum quid et abnorme esset dicendum.

Si igitur Volkmannus¹⁾, etiam de his sensationibus disserens, rejiciendas has rationes putavit, dicendo: »Angestrenzte Bewegungen erzeugen das Gefühl der Anstrengung, welches von dem Gefühl des Druckes zu verschieden ist, als dass es von einer Quetschung der sensibeln Nerven durch die contrahirten Muskeln erklärt werden dürfte. Auch wird man bemerken, dass wenn man mit groszem Kraftaufwande (notandum est hoc: »groszem Kraftaufwande«) die Faust ballt, das Gefühl der Anstrengung sich über den ganzen Arm verbreitet, also nicht auf die contrahirten Muskeln beschränkt ist. Ich hebe dies hervor, weil ich das Gefühl der Anstrengung bei kräftigen Bewegungen für den unzweideutigsten Beweis halte, dass Erregungen der motorischen Nerven auch auf sensible übergehen;» nescio quid magis mirandum sit, utrum incredibile viri studium, quo haec omnia

1) Op. cit. p. 530.

ope *conductionis transversae* pertinaciter velit explicare, an ratiocinii defectum. Nam primo quidem male videatur supponere isthoc ratiocinio, nervos non nisi pressionem (Druck) posse referre, dum tamen necesse est, ut etiam reliquas omnes mutationes sensibiles referant. Deinde vero in allato exemplo facti pugni male etiam supponere videtur contrahi tantum musculos, qui sunt ad ipsam palmam manus, quum tamen etiam, (praesertim si fit magna vi) alii musculi plures, (flexores carpi radialis et ulnaris interni, palmaris longus, flexoresque digitorum communes sublimis et profundus), qui extenduntur secundum totam brahii partem, contrahantur ita, ut necessarium sit, etiam secundum totam hanc brachii partem contractionis fieri sensum. Atque eo magis mirandum hoc in illo viro est, quod ipse paulo inferius confitetur: »in anderen Fällen, wie beim Waden-krampf, sind si höchst wahrscheinlich Folche des Druck-es, den sie beschränken sich auf den kramphast-zusammengezogenen Muskel.“ Quid ergo, si non in ipso musculo praecise circumscriberentur, uti v.g. fit in *malo coxae*, ubi dolor sentitur ad genu? Quis enim non novit legem, quam dicunt physiologi, *excentricitatis*, et quam frustra, meo quidem judicio, *Volkmannus* infrangere tentavit. Quare, etiamsi ipse etiam *Romberg*¹⁾, in rebus neurologicis peritissimus, oppugnare videatur, dicens: »Die mechanische Ansicht von Spannung der Nerven wird mit Recht von *Stromeyer* verworfen, denn äuszerer Druck und Pressen des Huftgelenkes vermehrt nicht einmal den Schmerz im Knie,“ nequaquam ista ratione vinci me sinam.

1) Lehrbuch der Nervenkrankheiten I. p. 89.

Nam primo quidem *Romberg* videtur hic loqui de tensione nervi motorii, non vero sensitivi; jure igitur videtur etiam istam tensionem rejicere, quum tensio nervi motorii (si tamen tenditur) non sentiatur nec sentiri possit in ipso nervo motorio, sed quum contractio muscularum, quae fit actione nervi motorii, sentiatur ope nervi sensitivi. Deinde vero etiam pressio illa ad coxam nihil hic facere videtur, quum, quemadmodum passim apud *Rombergum* invenitur, dolores nervorum saepe pressione possint minui extinguique. Sed haec sufficient, ut, quae sentiam, declaraverim.

Individuum *negabili* *individi* *caecum* *unig*
unigenitum *individi* *negabili* *caecum* *unig*
alii *negabili* *in* *adip* *oblitani* *spidie* *negabili*
neg *negabili* *negabili* *negabili* *negabili* *negabili*
negabili *negabili* *negabili* *negabili* *negabili* *negabili*

CAPUT V.

CUR CORPUS ET ANIMA POSSINT IN SESE INVICEM AGERE.

Postquam igitur longiore hac, quam sapientibus forsitan necesse videri potest, oratione conatus sum probare, et invicte, ut opinor, etiam probavi, esse creatam animam rationalem, liberam, immateriale, simplicem, a corpore distinctam, conjunctam vero cum corpore sensibus instructo, quibus ei de corporeo isto mundo quasi nuntiis¹⁾ nuntietur, discernatque ipsa latentem veritatem quasi velamine obductam, ut possit eligere bonum, quod simulatur, aut bonum quod est; postquam etiam vias ostendi, quibus nuntii illi per corpus ad animam perveniant, deserreque jussa singulis membris et organis, quae convenient, posse intelligantur: unum manet illud difficillimum, ut scia-

1) Praeclare enim Tullius (*Tuscul. disp. lib. I. c. xx*): «*Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quae videmus: neque est enim nullus sensus in corpore; sed, ut non solum physici docent, verum etiam medici, qui ista aperta et patefacta viderunt, viae quasi quae-dam sunt ad oculos, ad aures, ad nares a sede animi perforatae. Itaque saepe aut cogitatione aut aliqua vi morbi impediti, apertis atque integris et oculis et auribus nec videmus nec audimus, ut facile intelligi possit, animum et videre et audire, non eas partes, quae quasi fenestrae sunt animi, quibus tamen sentire nihil queat mens, nisi id agat et adsit. Quid, quod eadem mente res dissimillimas comprehen-dimus, ut colorem, saporem, calorem, odorem, sonum? Quae nunquam quinque nuntiis animus cognosceret, nisi ad eum omnia referrentur, ut idem omnium judex solus esset.*»

mus, quare fieri possit, ut diversissimae hae substantiae, corpus nimirum materiale (nam etiam nervi, ut ut celerrime moti et subtilissimo, quod volunt, fluido acti, materiales tamen esse non cessant) et anima immaterialis (spiritualis) possint consortio mutuo agere in sese invicem; manet enim, verbo dicam philosophorum, ut explicetur *»influxus physicus»*. Quae res quum visa sit permultis omnem cogitationem superare, dicaturque pugnare secum ipsa, propterea quod non possit intelligi, qua ratione, quave machinatione occulta possit id, in quo corporeum nihil, massaeque est nihil, quodque aptari aut ponderari nequeat, movere aliud, quod grave est et *iners*, materiale corpus; quumque talibus freti ratiociniis fas sibi putaverint dicere, rejecta anima rationali, unum ipsumque corpus istud sentire et cogitare et velle, non reputantes utique nova et majora, quae incurrerent pugnantis rationis pericula (sed audax illud genus est): parum, quin immo nihil, effecisse me arbitrarer, si non studuisse etiam respondere, *cur fieri possit, ut anima moveat corpus hoc etsi subtilissimo apparatu a summo artifice confectum, vicissimque agat corpus in animam.*

Non enim immerito celeberrimus noster *G. E. V. Schneervoogt*, quem praceptorum meum in arte medica versatissimum non satis possum laudare, quemque ob singularem benevolentiam semper amavi, non inquam, immerito praeclarissimus vir risit (in oratione sua inaugurali) varia illa systemata sive *»causarum occasionalium»*, sive *»assistentiae»*, sive *»harmoniae praestabilitae»*, quae excogitaverunt circa hanc rem *Cartesius* et *Mallebranchius*, et *Leibnitzius*. Neque minus ridendum est quartum aliquod systema, quod sic-

tum est a nostrarate *Joanne Leclerc*, quodque vocavit ille »*mediatoris plasticus*«. Scilicet philosophus hic finxit sibi, esse in nobis aliquid praeter animam vivens, inter spiritum et materiam medium, nec omnino spirituale, nec omnino materiale, cuius esset ad animae imperium movere corpus, animamque vicissim admonere de iis, quae fiunt in corpore. Sed non rationis haec judicia sunt, somniantis potius dixerim phantasiae commenta. Si vero erraverunt circa hanc rem philosophi isti, ceteroquin non contemniendi (nam »*quandoque bonus dormitat Homerus*«); si que absurdia haec et ridicula sunt, non tamen ridenda aut contemnenda ipsa propterea res est. Enim vero quod non intelligimus, *quomodo*¹⁾ ex una glande in terra abscondita nascatur ingens quercus, quae per centum et amplius saepe annos milles alias glandes primâ illâ non minorè, non deteriores possit ferre; aut *quomodo* aër pulmonibus nostris efflatus fiat ore nostro vox et verbum et sermo eloquens, quo non intelligimur modo, sed et movemus, ad quae volumus alios; equis tamen propterea negabit, fieri haec omnia, aut quis usque adeo insaniet, ut audeat dicere, homines loqui non posse? Singula enim ista certis legibus a Creatore (non a natura, natura enim ipsa his legibus continetur) sapienter sunt definita nobisque disputanda proposita, ut sciamus Ipsum esse sapientissimum et perfectissimum,

1) Repetenta enim etiam hoc loco sunt, quae initio (pag. 19 in not.) adnotavi, scilicet scientiae quum sit »*rerum cognoscere causas*«, inquirendum quidem est in rationes, quibus, quae fiunt, fieri possint, non vero in ipsum etiam *modum*, quo fiunt, valetque illud a Leibnitzio sapienter dictum: »*Wij hebben aan een zeker — wat eene zaak is (τι ἐστι) genoeg; maar het hoe (πῶς) is boven ons bereik, en de kennis daarvan is ons geenszins noodzaaklijk*« (loc. cit. vers. vern. J. Petsch.)

summum legislatorem, qui fecit, et conservat et regit, »*Coeli enim enarrant gloriam Dei,*“ et »*Domini est terra et plenitudo Ejus*¹⁾.“ Sed videamus ipsam istam difficultatem tam auctam tamque agitatam, quae sit; non enim tanti mihi ponderis visa est, ut haberet quidquam, quod cum sana mente pugnare posse videatur.

Objiciunt ergo atque extollunt diversissimam illarum rerum naturam, nec desiderare aliud posse videntur, ut intelligent posse agere in sese invicem corpus et animam, quam ut *ejusdem esse generis* ostendantur. Quantumvis igitur animam et corpus *specie* sua differre necesse sit dicere, existimo tamen *genere* ita convenire, ut diversissima dicere sit nefas. Diversitas enim ista efficeretur eo, quod anima est *spiritualis*, corpus vero *materiale*. Necesse est igitur, demonstrare materiam et spiritum non esse *diversa*, sed *differentia*. *Diversa* enim sunt, quae nulla ratione convenient; *differentia* ea, quae, dum una alterave ratione convenient, ceteris sunt disparia. Itaque ex clara et concinna utriusque definitione eruendum erit, utrum sint *diversa*, an vero *differentia* tantum.

Si vero petitur a materialistis, quid ergo sit materia, audiuntur quidem respondentes enumerando proprietates plurimas, extensionem, divisibilitatem, colores, formas varias, ultra vero nihil habent, quod retineant. At vero ista omnia *modi* tantum sunt rei, (*accidentia*) non vero id, cuius sunt accidentia, quum tamen, ut justa, claraque sit definitio, si recordor ex praceptis artis logicae, requiratur, ut: *constet ex genere infimo et differentia specifica*. Sed quid mirum materialistas,

1) Psalm 18 et 23.

ut ut toti esse materiales volunt, tamen nescire, quid sit materia; materia enim, quippe quae teste experientia movere sese ipsa non potest, cogitare aut intelligere etiam nequit quidquam. Auxilio ergo eis veniendum, ut sciant, quid materia sit, quidque ipsi, quam homines, esse malint.

Quamquam verum est, illud, quod dicimus materiam, non posse esse, nisi sit aliquo modo formatum, rotundum, quadratum, magnum, parvum, tamen necesse est dicere illud, quod est rotundum, quadratum, magnum, parvum, esse aliquid, scilicet quod mutatis illis modis, *seu accidentibus*, perdurat.

Sic si lignum quod habetur aut ferrum, quod fuerat ante rotundum et majus, lignum aut ferrum nemo negabit esse, etiamsi factum fuerit quadratum et minus. Modi ergo isti seu *accidentia rei* non sunt res ipsa, scilicet qui mutari et imminui possunt, re non mutata nec imminuta; sed res ipsa est illud, quod mutatis et auctis et diminutis illis perdurat, id quod philosophis dicitur "subjectum perdurable accidentium" seu *substantia rei*.

Ergo materia est *substantia* (ecce *genus*); quum autem esse non possit, nisi quo modo conformata, forma autem oriatur extensione, est *composita*, vel saltem talis, quae componi cum aliis possit; nam etiam simplices materiae atomi, etsi ipsi, simplices quum sint, non sint extensi, saltem possunt uniri, ut fiant extensem quid, sicuti numeri unitas, etsi ipsa numerus justus non sit, est tamen numeri initium, quare dixerim materiae atomum simplicem non quidem materialm sed *materialem*; et quum ipsa sese movere nequeat materia, est *iners*. Quibus resumtis dicendum

est: materiam esse *substantiam* (en *genus*) sed *extensem* et *inertem* (en *species*).

Anima vero dicitur illud, quod in nobis *sentit*, *cogitat* et *vult*. Erit igitur illud, quod mutatis et *sensationibus* et *cognitionibus* et *volitionibus* perdurat, seu *perdurabile subjectum sensationum, cognitionum, et volitionum*. Est ergo et *anima substantia*, seu, si alia lubet dicere voce philosophica, *ens*, *ein Sciendes*, *un être*, (en *genus*); quum autem id quod sentit, cogitat ac vult, non possit esse compositum sive extensum propter unitatem conscientiae, necessario est *simplex*; »*in animi autem cognitione dubitare non possumus*, ait *Tullius* loc. cit., *nisi plane in physicis plumbei sumus, quin nihil sit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex*», et quum cogitet ac velit, quae vult, etiam necessario est natura sua *agens*, seu *spontanea*. Unde si haec etiam de *anima* resumimus, habebimus, *animam* esse *substantiam* (en *genus*), sed *substantiam simplicem et agentem seu spontaneam*, (en *species*). Convenire ergo *animam* et *corpus* probantur in eo, quod est *genus substantiae*, differre vero in eo, quod est *species accidentium*. Ergo non *diversa*, sed *differrentia* sunt *corpus* et *anima*.

Jam quid ultra potuit expeti aut desiderari? Ut ejusdem sint generis, quae possint in invicem agere, postulabatur; convenire genere suo *animam* et *corpus* ostendi. »*Et si tout le monde n'en sent pas l'évidence*, ait Bayle¹⁾, *c'est parce que l'on n'a pu ou que l'on n'a point voulu s'elever au de là d'une imagination grossière*».

1) Op. Tom. I. p. 110.

Sed non tantum definiendo, verum etiam respondendo obtusis illis et inertibus ingenii occurendum est. Poterit enim ad haec, quae definivi ac probavi modo, responderi, animam et corpus, spiritum ac materiam, quamvis in genere suo substantiae convenient, manere tamen specie sua essentialiter diversa. Assumamus ergo alia genera atque alias species, si forte quia magis sunt materialia, magis etiam a materialibus eorum mentibus possint intelligi. Etenim inter res ipsas materiales aliae sunt graves et ponderosae, scilicet quae dicuntur *corpora ponderabilia*, aliae vero, quae nec graves sunt nec leves, quaeque nec metiri possunt, nec ponderari, scilicet *corpora imponderabilia*. Jam vero ista nemo nec materialista nec spiritualista, negabit agere et agere posse in sese invicem. Sed tamen neque audebit dicere quisquam, ista haec magis convenire in genere suo, quod est materiae, aut minus differre specie, quae est *in pondere* aut *non pondere*, quam prima ista convenient in genere etiam suo, quod est substantiae, aut differunt specie, quae est extensionis et inertiae, simplicitatis et sponteitatis. Si ergo prima ista, etsi genere sunt similia, quod specie differunt, dicenda sunt dissimilia, aequissimus quisque judex etiam haec materialia dissimilia dicenda putabit, et si, quantumvis dissimilia haec sint, tamen possunt agere in sese invicem, nemo etiam fas sibi putet dicere, corpus et animam, quamvis sint dissimilia, in sese invicem agere non posse. Viderint ergo materialistae, ne eodem jure et iisdem rationibus, quibus animam rejicere sibi fas esse existimat, etiam ipsos sese et materiam suam rejicere cogantur.

Sed jam satis mihi videor dixisse, ut non, quemadmodum fabulantur isti pia sua fide, credamus tantum, verum etiam sciamus *Deum creasse et regere (naturae legibus tanquam sanctissimae et immutabilis voluntatis suae mandatis) hunc*, quem Graeci dicunt *νόσμον*, et animam nostram alium regere *μικρόνοσμον*, corpus hoc, non a se factum, sed a Deo pro libertate sancte et provide commissum, ut ei sit instrumentum automaticum.

D I X I.

brown up, and the -last two days I have been working
on the manuscript until now so far without trouble.
Newton's theory is extremely novel, simple, and direct,
and I have been compelled to spend much time upon it, and also
I have had to give much attention to it because it has
been composed so recently, and is not yet well known.
I have been very careful to make sure that every
part of the theory is correct, and that there is no error.
After this, I have had to go over the entire manuscript
several times, and to correct many small errors which
have been made in the process of writing.
I have also had to go over the entire manuscript
several times, and to correct many small errors which
have been made in the process of writing.

12.10

After this, I have had to go over the entire manuscript
several times, and to correct many small errors which
have been made in the process of writing.
I have also had to go over the entire manuscript
several times, and to correct many small errors which
have been made in the process of writing.
I have also had to go over the entire manuscript
several times, and to correct many small errors which
have been made in the process of writing.
I have also had to go over the entire manuscript
several times, and to correct many small errors which
have been made in the process of writing.
I have also had to go over the entire manuscript
several times, and to correct many small errors which
have been made in the process of writing.

medicorum, etiam' ratione de medicis, utrūcunq; de
hinc multis aliis de scien' anatomicis, physiologis, de
vix non memorat al' nos soli, sed etiam' si sic' inde
nos non satis servet ut hinc ratione technicae de preceptis
de utrūcunq; hinc' nō. Atq; hinc' nō si sic' adhuc
de operibus medicis ut si hinc' nō satis satis a hinc' puto
servet ut hinc' si satis satis a hinc' puto' respondeat.

THESES.

I.

Medicus munere atque officio suo semper et erga omnes
rite functurus memor sit verborum *Senecae* (epist. 48.):
"Nec potest quisquam beate degere, qui se tantum intuetur,
qui omnia ad utilitates suas convertit; alteri vivas oportet,
si vis tibi vivere."

II.

Medici cum sit mederi *hominum* morbis, non sufficit me-
dico, seire anatomicam partium conditionem et compages,
aut physiologiae leges; sed et peritus sit psychologus necesse
est; nam non solum σωματιατήρ sed et ψυχιατήρ sit oportet."

III.

Egregie *Esquirol* (Malad. ment. p. 3.) "Il faut corriger et

redresser l'un, animer et soutenir l'autre, frapper l'esprit de celui-ci, aller jusqu'au coeur de celui-la: l'un veut être conduit par la crainte, l'autre par la douceur, tous par l'espérance; et cependant celui qui se dévoue ainsi ne peut se promettre que le bien qu'il fait. Que peut espérer un médecin qui a toujours tort quand il ne réussit pas; qui a rarement raison quand il a du succès, et qui est poursuivi par les préjugés même dans le bien qu'il a obtenu?"

IV.

Sapienter Tullius (Tuscul. disp. I. 21.) »*Praeclarum autem nescio quid adepti sunt, quod didicerunt se, quum tempus mortis venisset, totos esse perituros. Quod ut ita sit, (nihil enim pugno), quid habet ista res aut laetabile aut gloriosum?*» —

V.

Medicus non minister tantum naturae, sed et ejus tutor est ac patronus.

VI.

Male Goethe: »*Der Geist der Medicin ist leicht zu fassen.*»

VII.

Consentio viro cl. R. H. Lotze: »*Ihre (materialistarum) Taktik besteht einfach darin, auf einen noch ungesichteten Wirrwarr von Thatsachen hinzuweisen, dessen Unklarheit uns gewissermassen dafür bürgen soll, dass er noch viel*

Aufschlüsse verbirgt, während doch die Unmöglichkeit dessen, was man in ihm zu finden hofft, sich von vornehmesten erweisen lässt." (Med. Psych. p. 39.)

VIII.

Consentio etiam eidem (p. 86): »Kaum wird man daher auf den Einfall gerathen, die Seele sei an und für sich unfähig; die specifischen Formen ihrer Thätigkeit, Vorstellen, Fühlen und Wollen aus sich zu erzeugen, (in rebus sensibus non subjectis), sie bedürfe vielmehr dazu eines Organes oder einer körperlichen Mitwirkung irgend einer Art. Man wird vielmehr zugeben, dass, wenn irgend etwas, so gerade diese besondere Qualität ihrer inneren Zustände gänzlich und allein aus der Natur ihres Wesens fliesse.»

IX.

Vehementer autem dissentio ab eodem (p. 159.): »Wir bestreiten es dem Realismus, dass die Seele als irgend welche unbekannte einfache Qualität (?) von unabhängigem, unzurücknehmbarem Dasein zu denken sei; sie ist vielmehr ein Moment der Idee, dessen Inhalt nicht in der Form einer homogenen oder einfachen Qualität, sondern in der eines Gedankens gefasst werden muss, der gleich dem Geiste einer Melodie eine Einheit bildet, obgleich er vielleicht für kein Erkennen anders als durch eine Mannigfaltigkeit verbundener Bestimmungen erschöpfbar ist.»

X.

Non facio cum iis, qui dicunt, animam et corpus esse *unum materiale*, neque cum iis, qui cogitant esse *unum ideale*; sed cum iis, qui animam et corpus ita conjuncta esse convincunt, ut sint *unum rationale, persona hominis.*

XI.

Anima non cum corpore dignitur.

XII.

Male et pantheistice et ipse secum pugnans Lotze: »Sollen wir der gewöhnlichen Vorstellungsweise zu Dank reden, so sagen wir, der Stoff, aus welchem die neue Seele entstehe, liege nicht in den Seelen der Aeltern, sondern IN DER UNERSCHÖPFLICHEN SUBSTANZ DES ABSOLUTEN; AUS IHM ENTSPRINGE SIE ANGEREGT DURCH DEN LAUF DER GENERATION; ihre Qualität aber sei nicht neu und unvermittelt, vielmehr gehe sie nothwendig, wie ein Schlussatz aus seinen Prämissen, aus den psychischen Naturen der Erzeuger (! ?) und aus den intellectuellen Beziehungen, aus der mehr oder minder edlen und intensiven Verschmelzung ihrer Seelen hervor.“

(loc. cit. p. 167 & 168.)

XIII.

Recte, ut opinor, si tamen ultimam sententiae partem excipias, Wunderlich: »Van al wat er in de zenuwzelfstandigheid gebeurt, is niets duidelijk, als de geleiding der toe-

standen van de eene plaats naar de andere, welke voornamelijk in centripetale en omgekeerd, slechts als bij uitzondering in eene andere rigting plaats heeft."

(Vert. J. H. Jansen, p. 1075.)

XIV.

Recte cl. C. Canstatt: »*Het (ruggemerg) is een verzamelingstoestel van de zenuwleiding tusschen den omtrek en het middelpunt, en alle middelpunt-zoekende even als alle middelpunt schuwende zenuwwerking, met uitzondering van die, welke onmiddelijk van de hersenen en door de hersenzenuwen uitgaat, moet hare strooming door het ruggemerg nemen.*»

(Vert. H. H. Hageman, p. 202.)

XV.

»*De reflexbewegingen geschieden niet door overspringing of dwarse geleiding, maar de reflexzenuwen schijnen te eindigen, ten deeke in eene centrale groep van gangliencellen, die met de verschillende groepen beweegcellen meer of minder direct te zamen hangen, ten deeke schijnen zij in de longitudinale fijne vezels van de achterste hoorns over te gaan. Daardus de achterste zenuwwortels gevoel- en reflexzenuwen tevens bevatten, wordt hierdoor tegelijk verklaard, waarom zij bijna eens zoo dik zijn, als de voorste wortels.*»

(J. L. C. Schroeder v. d. Kolk.)

XVI.

»*Volgens onze voorstelling geschiedt dus de reflexie niet*

door overspringing of dwarse geleiding, maar volgens vaste banen, waardoor de reflex geregeld wordt." (idem.)

XVII.

Contendo sensations, quas dicunt reflexas (reflex-gewaarwordingen) non solum non fieri translatione de nervis motoriis in nervos sensitivos, sed etiam in iis nihil esse, quod a constanti lege physiologâ sit abnorme.

XVIII.

Mala secpsis, dignitatem medicam dedecens et aegrotantium fidei fraudulenta eorum, qui decocto hordei omnes aequem morbos ac reliquis artis praesidiis curare se posse presumunt.

XIX.

Etsi non singulis morbis singula sua pharmaca nota, nisi in paucis admodum, habemus; tamen alia, quibus roboret, alia, quibus infirmet, alia quibus excitet, et quibus sedet alia prudenti medico plurima prostant.

XX.

Quam medicamina quaecunque non nisi pro ratione proprietatum suarum, tum physicarum, tum chemicarum varios valeant producere effectus, satis patet, quid de dynamica eorum vi sit judicandum.

XXI.

Exiguum quid doctrinae, multum jactantiae videtur habere

illud *Hufflandi*: »Es würde eher möglich sein, ohne etwas von dem Kranken zu wissen, blosz nach dem Pulse ihn richtig zu beurtheilen und zu behandeln, als mit der Kenntiss aller übrigen Zeichen, ohne den Puls.“

XXII.

»*De verzwering der beenderen eischt geene andere behandeling, dan die der zachte deelen.... Eene algemeene kuur tot verbetering van de krachten en kwade gesteldheid der vochten, kan alleen de herstelling van het gestoorde voorlbrenningsvermogen begunstigen, waarvan de uitkomst afhangt.*“

(C. B. Tilanus.)

XXIII.

Ad herniam incarceratam reponendam clysmata vix ac ne vix facere videntur; purgantia vero et drastica perniciosa sunt habenda.

XXIV.

»*De beklemming eener breuk eischt zoo spoedig mogelijk opheffing door de taxis of door de aanwending van de ontspannende en ontstekingswerende geneeswijze. Is deze vruchtelooos, zoo wordt de klieving van den knellenden band met het mes gevorderd.*“

(C. B. Tilanus.)

XXV.

Perforatio, seu cephalotripsy sectioni caesareae praferenda, sed non, nisi de infantis morte probabili constet judicio, ab obstetricatore christiano audenda.

XXVI.

Funiculus umbilicalis ob munditie commendationem etiam parte sua placentali, antequam rescindatur, ligandus.

XXVII.

»Er, (obstetricator), strebt bei allen seinen helfenden Verrichtungen der Regel so nahe als möglich zu kommen, welche die Natur nach seinen richtig angestellten Erfahrungen zur Erreichung ihres Zweckes, der für Mutter und Kind glücklich zu beendenden Geburt, anwendet.“

(E. C. J. v. Siebold.)

XXVIII.

»Jedes Verbrechen gegen das werdende Leben des Kindes ist stets ein Verbrechen gegen beseeltes Leben.“

Lotze.

INDEX CAPITUM.



DEDICATIO, in qua habentur quaedam de im-	
mortalitate et futura animae vita	p. IX—XXII
PRAEFATIO	" XXIII—XXVI
INTRODUCTIO	p. 1—7
CAP. I. Motus reflexi qui dicantur	" 8—20
CAP. II. Præcipuae sententiae ad explicandos hos mo-	
tus prolatae refutantur	" 21—36
CAP. III. Motus reflexi explicantur ex eo, quod corpus	
sit animae instrumentum automaticum	" 37—106
I QUAESTIO: Unde est hic mundus?	" 48—54
II " Quid est hic mundus, seu ob quem et	
ad quem finem creatus?	" 54—57
III " An necessarium erat, creato mundo	
creari animam?	" 57—62
IV " Potuitne anima sola esse in hoc mun-	
do, an necesse fuit, eam conjungi	
cum corpore?	" 63—79
V " Quid est corpus humanum (<i>Mαρπίκοσμος</i>),	
et quomodo instructum sit necesse est? "	79—106
CAP. IV. Dicta anatomice confirmantur	" 107—125
Huic cap. addita sunt de nerv. sympathico	
quaedam	" 129—137
Et quaedam de SENSATIONIBUS REFLEXIS	" 137—141
CAP. V. Cur corpus et anima possint in sese invicem	
agere	" 142—149
THESES	" 151—158



ERRATA.

Pag.	3. reg. 10 disquerenda, leg.: disquirenda.
"	48 Tit. Unde, est, " Unde est
"	59 reg. 12 d'avantage, " davantage
"	60 " 29 bewonderd, " bewondert
"	70 not. reg. 4 <i>clax μεν αὐ</i> , " <i>clia μεν αὐ</i>
"	100 reg. 7 at aliquo, " ut aliquo